3 *Substituere filium bastardum filio legitimo, & naturali quando quis possit.*

Institutio facta de aliquo sub conditione si dederit decem filio incapaci, non valet.

Quod conditionis. Quod conditionis implendæ causa datur, computatur in portionem, quam quis in bonis defuncti capere potest, sed in Falcidiam non computatur, si tempore mortis in bonis defuncti non erat. h. d. & secundum j. lect. †dictio, certe, ponitur aduersatiue, secundum aliam, dictio certe, ponitur correctiue. Quæro, quæ est vera lectura. & gl. dicit, quod j. lect. est vera, & si esset vera secunda, esset tunc dare materiam fraudandi l. vt. ff. de ll. l. contra legem. & l. non dubium. C. de ll. ex. de re. iur. c. vlt. li. 6. & vide istam j. gl. quæ inci. dic casum. In fi. gl. dic, hec 2. lect. non est vera, quia per hoc fieret fraus legi. vt ff. no. in 2. Gl. Præterea, quod ista prima positio sit vera, probatur ex tex. quia in 1. parte loquitur de lege quæ imponit certum modum personæ ad capiendum. Secunda pars loquitur de lege, quæ etiam ponit modum legatis, & sic de Falcidia, vt ex litera videtur, & colligitur. Dr hic, quod datur causa conditionis implendæ, computatur filio na-

a turali.[a] Contra de l. si is qui. ff. de vul. & pup. soluit gl. quod hic à nemi

2 ne capere poterat, ibi sic. sed illud †non est verum, quia licèt[b] natu

b ralis, vel spurius non potest capere à patre, ab alio potest. l. j. C. de na. li.

c & in aut. quib. mo. na. ef. sui. §. fi. in gl. vlt. Vel aliter dicit gl. & no. quod illud, quod datur causa conditionis implendæ imputatur: secus

3 si capitur iure substitutionis, vt ibi. Sed istud †dictum est ambiguum, & bene aduertendum: possit ne quis substituere filium suum ba-

d stardum, suo filio legitimo? Et videtur in ista gl. quod sic,[d] simpliciter. Tu dic, in eo quod capitur causa conditionis implendæ, vt hic, vtrum ex substitutione capere potest, dico, quod quædam est substitutio pupillaris, & ex illa potest capere de bonis pupilli, non id, quod fuit de bonis defuncti. l. si is qui. ff. de vulg. & pup. Quædam est substitutio vulgaris, & ex ista non potest succedere in aliquo, quia tunc succederet defuncto, vt Inst. de pup. subst. circ. pr. Et hoc tenet gl. in corpore, quib. mod. na. ef. sui. §. fi. in gl. ma. Quædam est fideicommissaria, & ex illa non potest capere vltra legitimum modum, vt in corpore quib. mo. na. ef. sui. §. discretis. quia illud, quod datur ex fideicommisso, à defuncto capitur. l. cohæredi. §. cum filio. de vulg. & pup.

e Opp. de l. ita[e] fidei. in fi. ff. de iu. fis. Sol. Illa lex debet intelligi, quod est impunitum, quia non confiscatur, vt ibi. non tamen, quod relictum va-

f leat, vt ipse capere posset, vt hic. Et ex hoc[f] apparet solut. q. quam Dy. ponit ibi. quid si aliquis instituit extraneum sub conditione, si filio suo mille dederit, vtrum valeat relictum, vt posset capere. Et ille tex. facit, quod sic. l. Mæuius. ff. de condi. & dem. Sed veritas est, quod non capit, nec valet, vt hic expresse in tex. & gl. & l. ita fidei. Non ob. vt dixi, d. l. Mæuius, quia non capit cum effectu cum fiscus ab eo accipiat. Sed dices mihi videris contrarius tibi ipsi, quia dixisti per l. ita fidei, quod non accepit fiscus. Resp. hoc verum est, si spurius illud non vult, nec illud vult sibi dari, sed si vult, & accipit, tunc fiscus ab eo aufert. Ad 2. partem opp. de l. in quartam. ad l. Falc. Sol. aliud in Trebellianica, aliud in Falcidia, vt hic in 1. gl. Opp. ff. e. l. quod statuliber. in fi. Sol. vt ibi.

a ADD. ¶ Alex. Bal. in l. eam quam, C. de fideic. Bal. in c. j. §. naturales, si de feu. fue. contr. alle. gl. & Dy. hic, quod si instituo te hæredem sub conditione, si partem hæreditatis spurio meo dederis, vel sub alio onere extrinseco, non possum facere, quia esset fraus legi.

b Pom. Licèt Et est gl sing. sec. d. Io. in §. fi. in aut. quib. mo. nat. ef. sui. Et ratio, quia non reperitur prohibitum, ergo est sibi permissum.

c Ale. Ad hoc est simile secundum bal. & alios in d. l. si is qui ex bonis, de vulg. & pup. & no. per bar. in l. j. in pr. ff. de iu. fis. ¶ Adde an filius spurij ab auo possit institui, & qualiter in effectu possit fieri, quod bona ad eum perueniant. vide bal. cons. 131. lib. 3.

d Bal. l. 2. C. ad l. fal. al. istam gl. pro sing. sicut spurius, vel incapax repellitur a fideicommisso, & ita ab eo, quod capit causa conditionis implendæ. Et de ista q. vide aliquid per bal. in l. j. in repet. C. de sacros. ecl. Et quid si pater post substitutionem eum legitimauit, vide bald. in l. testamento, in 9. q. de testa. mil.

e Oppo. de l. ita. Vide latius bar. in l. fi. ff. de his quib. vt indig.

f Bar. Et istam gl. no. sing. sec. Ang. in l. pro hærede, §. Papinianus, ff. de acq. hæ. & vide tex. in l. Mæuius, ff. de cond. & demon.

LEX XXXVII.

1 *Ius accrescendi an habeat locum in donatione causa mortis.*

a **Illud[a] generaliter.** Mortis causa donatio legato assimilatur. h. d. An † in donatione causa

1 mortis sit locus iuri accrescendi. alle. istas leges, quæ faciunt comparationem cum legatis, sed casus est in l. vnic. in fi. de cadu. toll. Quæro, an sit differentia inter legatum, & mortis causa donationem. Dic vt insti. eo. §. j. & C. eo. l. fi. per Cy.

a ADD. ¶ Barb. Et no. casum sing. in l. 1. ad fi. C. de ca. tol. secundum d. Io. quod in donatione causa mortis habet locum ius accrescendi. Item no. secundum eum, quod sicut de legatis reijcitur conditio impossibilis, ita de donatione causa mortis, vt est tex. sing. secundum eum, in l. quæ sub conditione, ff. de cond. insti. sed fortiter obstat l. si is cui, ff. e. vbi patet, quòd seruus donatus causa mortis potest manumitti. Si autem fuisset conditionaliter legatus non, l. seruum, ff. tit. 1. Videtur ergo, quòd non sit bona æquiparatio inter legata, & donationem causa mortis. s. quo ad transferendum dominium incertum, vt possit auocari. Nec est speciale respectu libertatis, quia eadem ratione, quando esset legatus sub conditione.

1 *Donatio quando sapit naturam contractus dandi, & restituendi, potest quis eligere, vt agat ad rem, vel æstimationem.*

a §. Iulianus ait. [a]Perempta re donata facto donatarij potest condici vel vtili in rem peti. h. d. Not.
1 q pt agi ad rē, vel æstimationē.† Et no. q qñ sapit nām ɔtꝰ dādi & restituēdi pt eligere, aut agat ad rē, vel æstimationē, sʒ qñ dādi naturā tm̄ saperet, tūc rē ipsam cōdicit. l. pe. s. de cōd. ob cau. Dixi s. e. l. si filio. Sed an posset agere ɔ emptorem? puto, q sic. l. fi. §. pe. & fi. C. com. de le. coniuncta l. si mortis. & quod ibi no. s. e.

a ADD. ¶Vide Cum. cons. 9. & in l. Seia cum bonis, in 2. parte oppositionis, j. e. & vide Ang. cons. 28. inc. domina Antonia de Florentia.

LEX XXXVIII.

1 *Differentia inter mortis causa capionem, et mortis causa donationem. vide hic, & sequenti lege.*

a Inter mortis. [a]Ista l. hʒ duas lec. ſm vnā dt idē, q l. mortis cā capit. s. e. Et h. d. Mortis cā donō est, qñ præsens pn̄ti dat cā mortis. sʒ mortis cā capio est, q in ſpāle nomen nō cadit. h. d. Op. s. e. l. mortis cā donō. & l. Senatꝰ. in fi. sol. vt in gl. qa siue dat, siue pmittat, sufficit. Op. C. e. l. j. sol. dicit gl. quocunque mō quid dimittat, aut actiōem habeat, dicitur mortis cā donō, & dixi tibi in l. 1. s. e. q pt dici mortis cā donō, si improprie accipiatur, vt transeat in legatū, sed si pprie accipis, tunc sapit naturam ɔtus, quia per præsentem præsenti datur, vel si sic dimittatur, vt acquiratur ex aliquo ɔtu gesto cū donatario, vel aliquo alio qui sibi pt quærere, vt j. e. l. Seia. aliàs, si nullum negotium fieret inter psentes, vel aliam personam interpositā, ex qua daretur
1 vtilis, vel per cessionem, tunc esset legatum.† Quæro, an sit alia
b differentia? [b]Gl. dicit, q sic: quia p donōe causa mortis est pdita actio, sed nō p mortis causa capiōe. Sed certe hoc nō est verū simpliciter, vt s. e. l. mortis cā capitur. vers. sed & dos. Ponit gl. aliam drīam in j. gl. per l. Mæuius de cōd. & de. sed ibi sol. illud nō est verum, vt dixi in l. q cōdōis. s. e. & l. omnib. s. e. & ibi no. Item est differentia posita in gl. per l. acceptis. ad l. Fal. q. d. nō detrahitur falcidia de mortis causa capione. quod dic, vt dixi in l. qui pretio. s. e. Item est alia differentia posita in fin. gl. scilicet, q non reuocatur per pœnitentiam. l. 2. de iu. do. Quod intellige verum, si transit in donationem inter viuos. l. cum maritus. §. fi. de pac. do. aliàs posset reuocari. l. Seia. de do. præl. & l. cum quis. §. nuptura. de le. 3. secundum Dy. quod plene dic, vt dixi in l. quæ dotis. sol. ma.

a ADD. ¶Ale. Vide quod no. bar. s. e. l. tam is, & quod no. plene gl. in l. 1. ver. 2. C. e. & bar. in l. j. j. e. & bal. in l. Labeo, s. de pact.

b Ale. Adde s. e. l. qui pretio, & vtrum statutum faciens mentionem de legato, & de donatione causa mortis, habeat locum in mortis causa capione, vide bal. in l. si stipulatio, C. de iure dot.

LEX XL.

a Si mortis[a] causa inter. Opp. de l. sed interim. §. 1. s. de don. inter vi. & vx. gl. dicit, q tu debes intelligere, q fuit donatio causa mortis, hoc acto, q non posset reuocari, sic in donatione inter viuos, & dic vt d. l. sed interim. Et q dicitur, q retrotrahitur, verum est quo ad fructus. non quo ad dominium. l. donationes. C. de don. inter vi. & vx. & l. sequens quæstio. s. de le. 2. & l. 2. C. de inof. don. & in qualibet
b earum no. Dicam in l. [b]sub conditione. j. de sol.

a ADD. ¶Barb. No. in donatione inter viuos, quòd trahitur retro quo ad fructus, vt est gl. fi. secundum D. Io. Cal. in l. talis scriptura, de le. j. licèt contra senserit in l. sequens quæstio, de leg. 2.

b Ale. Adde no. per bar. in l. j. j. pro don. vbi latius.

LEX XLI.

Quod statuliber. Datū à statulibero de bōis defuncti, cā implēdæ cōdōis, ɔputatur in falcidiā, & venit ī hrditatis petitionē, & trebellianicæ restōnē. sed in trebellianica cōputatur vndecunque esset datū. h. d. Dr hic q datum à statulibero cā cōdōis implendæ vni ex hrdib. cōputatur in falcidiam, & sic innuit, q sint plures hæredes. sed op. q nō cōputatur, nisi p parte sua, q iure hereditario habuit. l. id aūt. s. ad
a l. fal. & gl. tua[a] fatetur ɔriū. Alibi gl. dicit ɔrium. & gl. l. id aūt. s. ad l. fal. facit drīam, vtrum detur pecunia. & tunc totum cōputat, ar. l. cū pater. in pr. s. de le. 2. & l. deducta. §. numis. s. ad tre. si corpꝰ, & tunc dicit verum ista gl. sed alia gl. est in l. in quartam. s. ad l. fal. & illa dicit veritatem, quia aut heres iubetur deducere, & tunc distinguitur inter pecuniam, & corpus hæreditarium. aut accepitā statulibero, & tunc cōputatur p parte sua tm̄, sicut ista gl. dicit, vt dixi plene in d. l. in quartam. tāgitur in l. filium quem habentem. C. fa. er. Op. de l. j. §. item si ita. s. ad l. fal. gl. soluit, & bene, qa qñ qritur an debeat deduci de mortis cā capione, qñ heres dat alteri. dic vt ibi: hic vero, an cōputetur in falcidiam, q alius dat heredi, & sic ad hæredis incōmodum. Hic dr, venit in petitionem hæreditatis. Op. de l. ēt si putauit. §. si quis. de pe. hæ. sol. intellige hanc ſm illā. Venio ad id, qdꝰ dr, q venit in Trebellianicam. Op. de l. q hæredi. §. cum hæreditas. in primo dicto. s. de cōd. & de. sol. hic in eo q adiuit cpacte, ibi sponte. l. ita tamen. §. qui suspectā. s. ad treb. Ista sol. q gl. dat, vr esse ɔ d. l. q hæredi. §. cum hæreditas. Et resp. br. hic loquitur qñ capitur à statulibero, & sic de bonis defuncti, secꝰ si ab extraneo vt ibi. Venio ad quartū dictū ibi, ex peculio āt. Op. s. e. l. qd condōis. §. fi. vbi dr, q id, qd nō erat in bonis tpe defuncti, non cōputatur in Falcidiam. Gl. huius ɔrij timore apostillauit tex. primo, q seruo in vita dn̄i ab extraneo fuit datū, & post mortem statulibero dedit. & istud pt ptransire, licèt cum violentia. Item dicit q si extraneus dat pp præsentiā serui, de peculio esse videatur. & ēt pro hoc l. falsus. §. sed & si is qui. j. de furt. Sol. ista non valet, qa ɔ casum d. l. q cōdōnis. in fi. qa habeo inspicere, an sit in bonis defuncti, vel non, & sic nihil ad rhombum, si erat seruus præsens, an non. Est vera ɔclo solutionis, q seruit, q Iac. de Are. tenet, & Mar. eā sequit, & est sol. q imputatur, q erat in bonis tpe mortis defuncti. Et dicit, q mutat casum ibi, ex peculio āt, &c. & istud teneatis.

a ADD. ¶Pom. Et pro glo. ista videtur casus in d. l. id autem, non cauillando eam. nec valet ista distinctio bar. quæ potius habet locum in Trebellianica. Vnde illa gl. est reiicienda, & sic etiam videtur sentire Bar. in l. in quartam, ad l. Falc.

LEX XLII.

1 *Verbum, hæredes, pro liberis.*
2 *Verbum, pertinere, est directum, remissiue.*
3 *Verbum, cedo, in corporalibus idem est quòd do.*

Seia cum bonis. Mortis cā donō extinguitur, si donatarius pdecedit, & viuo donatore nꝰ pt peti, nec pro eo cautio stipulari: post mortē donatoris pt peti, sed ex ea Falci. detrahit. h. d. vsq; ad §. cū pr. Et ista est lex difficilis in tex. & diuidit in 7. partes. Primo, ponitur vnum thema. Scđo, j. qō, & eius determinatio. Tertio, scđa q. & eius determinō ſm Gl. & alios nō determinatur. Quarto, ponitur tertia q. q hic nō determinat. Quinto, quarta qō, & eius determinatio. Sexto, ponitur sol. duarum qōum. s. scđæ, & tertiæ. quas insolutas dimisit. Septimo formatur, & soluitur quinta qō. Scđa pars ibi, igitur si res singulas. Tertia ibi, bonæfidei. Quarta ibi, licèt nunquid. Quinta ibi, vtrum ergo. Sexta ibi, sequitur ergo, Septima ibi, muliere deniq;.
a Op. ad prin. [a]C. de do. l. quisquis. Sol. Traditio non fuit hic de necessitate, sed sic contingit de facto. Ad 2. dictum op. q hæres nullo modo posset agere, qa Titius stipulatus est liberis suis, nō hæ-
1 redib. Sol. †hæredes expone. i. liberi. Facit ad Treb. l. ex facto. §. fi. Opp. qd male dicat exceptio, qa nō est nata actio, l. si mortis cā. in fi. s. e. & l. senatus. in fi. Solu. dic exceptio facti, vel intentionis. Ex prima. n. donatione, q facta est Titio nō pt agi, qa reuocata. ex secunda non. qa nondum cessit dies. Ad tertiam partem op. de l. in oīb. s. de iud. Sol. illud est verum in ɔtib. inter viuos, secus in vltimis voluntatib. in quib. licet pœnitere, tunc cautio extorqueri nō pt. tene menti. Scđo opp. dr hic bonæfidei, &c. ɔ de l. eū qui. s. ti. j. Sol. ibi in donōne inter viuos. hic in donōe cā mortis, q hʒ instar legatorum, & sic bonę fidei. l. in minorū, C. in q. cau. in integ. rest. non est nec. Ad 5. partem op. q sit inter viuos. vt j. prox. §. Sol. ibi non fuit mentio mortis habita, nec apponitur pactū de restituendo, hic sic. Quero circa 6. partem, hic dr, q prior donatio est resoluta, quę fuit illa prior? dic, vt in gl. Scđo quero, si mulier exponat sponte cautionem in filios, an præcedens donatio videatur reuocata? Gl. q sic, per §. sed & si quis priore. Insti. qb. mo. test. infir. Dy. reprehendit istam gl. qa scđa cautio venit ad confirmandū, non ad primam infirmandā, & sic nō tollitur, ar. l. non oīs. s. si cer. pet. Sed si poneres aliam donationem nouam non ad cōfirmandam
2 primam, gl. tua posset dicere verum. Vltimo † not. q hic ponitur verbum pertinere, an sit obliquum, vel directum. Et tetigi in l. j. s. de do. & q sit directum, vr pbari in l. licèt. C. de pac. Dico in l. Centurio. de vul. & pup. Item no. dicit tex. bonis suis successisset, &c.
3 Quid sit dictum incorporalib. cedere? dixi s. ti. j. l. pe. in pr. †In corporalib. vero idem est dicere cedo, quòd do, vt hic patet in princ.

a ADD. ¶Alex. Ad princ. Ad istam gl. s. quæ incip. primam, vide sing. Bal. l. fi. C. pro dona. ad fiin q. an pater, &c.

a §. Cum pater. Infirmus nō presumitur cā mortis donare, [a] nisi de reddendo conueniat, vel fiat

a ADD. ¶Alex. An & qñ psumatur donō cā mortis, vel inter viuos, vide plene p d. Io. in l. q dotis, s. sol. mat. q. reprehendit intellectum quem dat ibi Bar. ad l. cū maritus, §. fi. de pact. dot. cuius reprehensioni, inquantū se fundat in l. si spadonem, §. q iura. de excu. tu. posset rn̄deri p no. p Bar. in l. admonendi, s. de iureiu. Et ad istū §. adde qd no. Bar. in l. j. §. iidem Cornelio. j. de q. & ad iura alleg. per Pet. ɔ cōem opi. q refert ibi Imo. rn̄deri pt vt patet ex no. p Bar. in l. si sub condōe, cū l. seq. s. de cond. indeb. Adde tn̄, q d. Ant. arg. illius tex. in c. 2. de consue. no. q donatio facta per infirmū in dubio intelligitur cā mortis, & ita ibi transit. Seu d. Io. ibi ɔ per ea, q hic hn̄r. Et istis adde not. per Bar. in l. stipulatio hoc mō ɔcepta, de ver. ob. ver. qro aliqs, &c. Itē limita hoc, vt p Bal. l. p hrditariis, C. de hær. act. in fi. late per Bal. post Cy. in l. 2. C. de iu. dot. al q d p Bal. in l. j. 9. q. C. si q d in fraudē pat. dixi post Imo. in d. l. quæ dotis, & per Bal. i l. si mortis, C. ad l. Fal. & aliq d in l. donōib. e. ti. vbi q ric q d si dixi, vtere bonis meis post mortem meam, an sit donatio cā mortis, remittit se ad l. licèt, C. de pac, Adde, q dicatur donatio cā mortis, quib. verbis reuocet, & quot testes requirantur. Bal. cons. 49. & q propriè dicatur, & quib. verbis fiat p eundē cons. 107. & cons. 137. vbi ponit si aliquis donat oīa bona sua retento vsufructu, ita tn̄, q donatarius post mortem teneat dimidiā dare paupèrib. an hęc dicatur donatio cā mortis.

mentio

mentio mortis.h.d.& est not.casus.In tex.ibi,absolute donaret,si ne aliqua repetendi lege,& nulla facta mortis mentione. Op.s.l. prox.Sol.ibi habita fuit mentio repetendi.Op.de l.Seia.s.de do. præl. Sol.ibi habita fuit mortis mentio,& sic vbicunque sit facta mentio mortis,præsumitur causa mortis.aliàs in dubio inter viuos.Non obstat quicquid dicunt gl.in l.quæ dotis.s.sol.mat.

LEX XLIII.

Fulcinius. Ad donationem causa mortis inter virum, & vxorem,sufficit mortis cogitatio.

LEX XLIIII.

Si seruo mortis. In donatione cā mortis,quantum ad executionem, inspicitur tps mortis. h.d.Finis istius legis hēt duplicem literā,vnam negatiuam,aliam affirmatiuam. Sed 1.gl.ponit 1.casum,vno mō,qui satis pt sustineri.scdo ponit gl.casum,quē no.qa fm hoc ad hoc,vt cedat dies donationis requiritur apertura tabularū,& aditio hrditatis.sicut in legatis.Dixi s.e.l.in mortis.op.de §.cum igitur.l.j.C.de cad.tol. Sol.aliud hodie,vt in gl.Sed certe etiam fm ista tpa cedebat à tpe mortis.l.si post diem.in pr.qñ di.le.ce.Vñ dic,qa in illo §.cum igitur.fit mentio de iure antiquissimo añ tpa fforum.Vel dic,ꝙ post iura fforum fuit lex Papia,quæ per illam constitutionem corrigitur,vt ibi Cy.Alij habent literam affirmatiuam, & tunc stat optime fm ista tpa,& hodierna. Opp.de verb.obl.l.si filius.de re.iur.l. quæ legata.Sol.aliud in contractib.mere inter viuos. & sic apparet,ꝙ ratio gl.posita in l.si vxorem.ᵃC.de cond.inser.nō est bona, quia etiam in donatione causa mortis vertitur opera filij,vel serui,& tamen non quæritur domino, vel patri, vt hic à tpe mortis sumit effectum.l.in mortis. s.eo.nec retrotrahitur,vt no.s.eo.l.si mortis causa.ergo,&c.Dixi in d.l.si filiusfami.de verb.obl.

a ADD.¶And.Barb.Et no.dictam l.si vxor,quæ fm dominū meum est singularis.

DIGESTORVM LIBER XL.

¶De manumissionibus. Tit.j.

LEX I.

1 *Minor viginti ann.non dicitur,nec maior,qui est in vltima die vigesimi anni.*
2 *Priuilegium inductum ex tpe,quando computetur de momento ad momētum.*
3 *In beneficio restitutionis in integrum,tps cōputatur de momento ad momentū.*

1 Placuit. †Qui est in vltima die 20.an.non est minor 20.an.neq; maior.h.d.Opp.de l.3 §. minorem ff.de mi.Iac.de Are.† soluit dicens,qñque
2 priuilegium incipit in tempore, quādoque finitur ex tempore.Primo casu aut incipit cum iniuria alterius,aut non.Secundo casu sufficit peruenisse ad vltimam diem, vt hic, & l.qua ætate.s.de testa.Si cum iniuria alterius,sufficit diem esse completam.l.in omnib.de acti.& obl.& l.vsucapionib.j.de vsuca.Si finitur ex tempore,tunc computaturᵃ de momento ad momentum,
a vt d.§.minorem. Not.tex.in fi.sed secus in beneficio restitutionis in integrum, vbi de momento ad momentum fit computatio.s. de min.l.3.§.minorem.

a ADD. ¶Alex.Quando de momento ad momentum fiat computatio,vide per Bar.in d.§.minorem,& per Imo.post Bar.& Bal.in l.si cui,§.de leg.1.

LEX IIII.

1 *Dictio,suum,non semper denotat dominium.*

a Is qui suis. ᵃ Not.de Dictione,† suus,in l.seruos autem.s.
1 de le.3.& gl.bona est in l.2.in pr.s.de orig.iuris. quia suus non semper denotat dominium, & quando non potest,sumitur improprie.& ista est bona lex.

a ADD.¶Bar.Is qui suis.Et not.de ista dictione,suus,pro conclusione quam sustentaui contra dominum meum in rub.s.de operis no.nun.

1 *Clausula constituti apposita in instrumento venditionis non est necesse ꝙ apponatur hoc fuisse actum in principio instrumenti.*

a §.Si ab ignoto. ᵃ Iste §.habet casum multum sing.Et p
1 istum tex.dicunt quidam,†ꝙ in contractu emptionis,& venditionis debet dici ab initio,ꝙ vendēs constituit se emētis nomine possidere, & hoc fuit actum ab initio,vt
b hic,ibi,ab initio.n.&c.sed hocᵇ non est verum,quia hoc in domino,& seruo,secus in duobus liberis,qui hoc pnt inter se pacisci.

a ADD .¶Vide Alex.consi.25.ver.& no.vol.2.& cōs.40.li.3.vbi declarat istum tex.
b Alex.Vide quod no.alleg.Bal.& Ang.in l.bene à Zenone,C.de qua.præs.

1 *Procuratori si dico vade, eme talem domum nomine meo, & ipse emat pro se, quia sibi non ita cito dedi pecuniam,præsumitur tamen pro me empta.*

1 §.Vnde quæri poterit. †Tene menti istum tex.
a ꝯ fraudes, ᵃ q̄ fiunt tota die.dico tibi,volo,ꝙ emas domum pro me.tu dixisti,da pecuniā. ego non dedi tibi ita cito.tu emisti pro te, & tuo noīe,ꝙ tunc lex præsumit de pecunia mea emptam esse,postq̄ à principio inter te, & me fuit actum,vt hic.Pro hoc fa.j.de iu.fisc.l.edicto.§.cum añ.

a ADD. ¶Alex. Bene facit quod habetur in l.qui in aliena,§.si is qui putabat,de ac.hær.& l.qui seruum,s.de inter.act.& no.d.Io.in propriis termimis in l.post dotem,in 6.lect.Dy.s.sol.matr.licèt non alleget istum text.vbi est casus secundum Bar.Istud primo limitat,nisi mandatum fuerit repudiatum. secūdum Bal. in l.si literas,C.mand.Item nisi ex interuallo longi temporis mandatarius ege rit,secundum glo.not.in §.ope.Inst.de obl.quæ ex delic.nascuntur,quam tenet Inn.extra de homic.in c.ad audientiam.Adde quæ no.Inst.de act.in §.sequens, in materia mandati. Contrarium est verius,vt not.per Bar.in l.non solum, §.si mandato,j.de iniu.& fam.lib.Scripsi post Bar.in l.3 §.j.ff.iu.sol.Adde Bal.in l.si patruus,communia vtriusque iu.& quæ dixi in l.si ita stipulatus,§.Chrysogonus,de verb.ob.Adde Bar.in l.post dotem,&quod no.Bal.in l.cum precib.in fi. de proba.& bal.in l.1.9.q.C.si seruus extero,puchre bal.in rubr. C.de contrah. emp.in 15.quæst.vbi etiam quærit,quid si consumpsit procurator fructus ex re empta,an compenset cum pecunia.Et dixi post bar.in d.l.3.j.iud.sol.&pro bar. videtur esse casus ibi.& Ang.& Imo.in l.pignori,§.fin.j.de vsucap.Adde Alex. consi.58.lib.3.

a §.Siue autem. Iste est bonus §.& no.ipsum,ᵃ & signa,ꝙ si vado ad monachum,vel religiosum vt emat pro me,& emit, postea monasterium non potest denegare quin mihi reuendat, sed potius potest compelli, vt mihi reuendat.Hunc tex.alleg.Iac.de Are.ad ipsum.

a ADD.¶Alex.Vide no.per inn.in c.cum olim,de priuileg.idem in pupillo,vt hic est tex.quem no.ponderat Bal.in l.1.in x.q.C.si ser.exter.& etiam in 11.quæst.

LEX V.

1 *Pœna imponenda à patre filio non potest excedere legalem.*

a Si quis dicat. ᵃ Ibi,vtique non maiorem:no.istum text.
1 per quem potest determinari.†ꝙ non potest pœna à patre imponenda, vel imposita excedere legalem, vt C.de pat.po.l.3.& C.de emen.prop.l.1.

a ADD.¶Bar.Ang.alleg.istum tex.mirabilem,ꝙ deficiens in probatione suæ cāæ debet damnari in metallum,qđ est no.dignum fm eum hic.idem dicit,hic dari cautelam, si ex statuto datiarij debeant facere rationem quolibet mense,aliàs incidant in pœnam, vadant apud iudicem,& offerant se paratos reddere, & dare fideiussores,& dicant se non teneri in aliquo dominis datiariis.

LEX VI.

Seruus pecuniam. Ibi,retulisset,si separatim habuit animum reddendi,vt s.de le.2.l. cum pater.§.filia.Iac.de Are.

LEX VIII.

Qui pœnæ serui efficiuntur. Si alienatio est reuocabilis,reus criminis capitalis non potest reuocare.h.d.

LEX IX.

1 *Prohibitio testatoris,& iudicis æquiparantur.*

a Seruus ᵃ hac. †No.prohibitionem testatoris contrahen-
1 tis,& iudicis,æquiparari.h.d.

a ADD.¶Barb.No.prohibitionem testatoris,& iudicis æquiparari,quod intellige in isto tex.secundum Ang.aliàs secus.Vide no.l.ea,C.de cond.ob causam.

LEX X.

Iulianus debitor. Illud,quod non est in bonis debitorum simpliciter,non transit in obligationem creditorum simpliciter.h.d.

LEX XV.

Mortis. Iste textus est bonus, & notabilis, & tene eum menti.

LEX XX.

Causam. Ibi,nisi ita. Ratio differentiæ est,quia lex semper est certa,secus in eo,qđ in facto hominis cōsistit.

a §.Puellam. ᵃ Sufficit ad euitandam pœnam si de facto sit factum.h.d.

a ADD.¶Pom.Et facit,qđ no.in l.si seruum,j.de ver.ob.& in l.2.s.de cond.& de. Et no.ꝙ promisio hoīs facit cessare prouisionem legis l.iam hoc iure,ff.de vel. & pup.tñ hæc promisio hoīs non facit cessare regulam legis, qđ est notatu digñ,& no.ibi,iniectio,ꝙ manus iniectio,non hēt locum autoritate propria,nisi qñ factum est notorium,aliàs secus,l.1.C.de ser.expor.Bar.in l.3.C.de pig.

LEX XXI.

1 *Prohibitio fundi dotalis,an porrigatur ad res,quæ seruando seruari possunt.*

1 Seruum. †Facit ad quæstionem,an prohibitio fundi dotalis porrigatur ad res, quæ seruando seruari possunt.De quo in §.& cum lex.C.de rei vxo.act. & gl.no.in aut.siue à me.C.ad Velleia.& ibi dixi.

LEX XXIII.

a Caius. ᵃ No.in fi.tex.facit ad quæst.si emo rem,& dicunt verba contractus,emit sub conditione,erit modus. Facit ad id quod dixi s.e.l.4.§.nihil.

a ADD. ¶Pom.No.istum tex.ad id,qđ dicit Ang.in l.apud Celsum,§.in hac,& §. Marcellus,ꝙ acceptās ꝯctum,tenetur acceptare cum suis ossis,ballosis,& spinellis,j.de exce.do.& vide Ro.cōs.353.in fi.vbi allegat ad hoc in pulchro casu.

LEX XXIIII.

a Lege Iulia. ᵃ Not.istum text. quo illa causa demandatur. Dic vt l.2.s.de of.procons.

a ADD.¶Alex.Hæc est sing.lex,quam allegaui tibi in l.de die,s.qui sat.cog.

¶De manumissis vindicta. Tit.ij.

LEX II.

SI minor. An qui non potest per se,possit alii committere. Dixi alio anno in l.fi. C.de pact. sed tex.est in l.si fundus.§.j.s.de pig.

LEX IIII.

1 *Mandatarius quando ex reuocatione non læditur,non debet ad ipsius notitiam (peruenire.*
2 *Opinio,& voluntas,aut veritas quando attendenda.*

a Si pater. [a]Voluntas non finit̃ morte, libertatis fauore. [b]Itẽ
b reuocatio†non dẽt peruenire in notitiam manda
1 tarij, ſi ex reuocatione nõ læditur. h. d. Vide gl. in ver. nõ fit. q̃ inc.
ergo oportet. ibi l. 2. in fi. &c. Sed ibi verſatur dãnũ, ſi ignorãti re
c nunciatur: non. n. reuocatio nocere dꝫ, vt l. ſi mãdaſſem. [c] ꝟ. man.
Hic ãt p manumiſſionẽ donatarij dãnum nõ verſatur. Dy. Iac. de
2 Are, De hoc plene per Cy. C. man. l. mandatũ. circa fi. †Circa hoc
brocardum puto ſic dicendũ: Aut opinãs, ſeu exiſtimãs hꝫ voluntatem inordinatã in ꝯriam opinionem, qa opinatur ſibi non licere, qđ in veritate ſibi lꝫ, & tunc non inſpicitur veritas, nec voluntas, q̃ aperit id, qđ ſm voluntatẽ lꝫ: ſꝫ magis ſm opi. hoc eſt verũ, ne ex voluntate ſic inordinata nõ ſit volens inordinate cõmodũ ſm voluntatẽ. Sic intelligo l. is qui putat. ꝟ. de ac. he. vbi pp voluntatem inordinatam nõ repudiat, qa opinatur ſe non poſſe ex illa, ꝯ q̃ putabat ſe nocere. Vñ non q̃ritur ſibi ꝯmodum ex aditione ſm voluntatẽ ſuam, & eſt nõ volũtarius. ſꝫ ſi erat aĩs neceſſarius, intelligo, & inuitus vñ ad incommodũ ſuum puto ſpectari opin. non veritatem opinioni cõuenientem. Et ſi ꝯcordaret opinioni veritas, tunc multo magis inſpiceretur opinio. Si ãt opinãs ſm voluntatem ordinatam, vt qa de eo, ꝙ ex ſe nõ dependet, ſꝫ ex ſe, & alio, & tunc ſi ex perſona alterius ſit defectus in re de qua agitur, q̃uis opinãs nullum putat eſſe defectũ, & hꝫ voluntatẽ ordinatã ſm id, qđ opinatur, ex quo tñ res nõ perficitur, inſpicitur magis veritas, q̃ opinio falſa, ſicut dr̃ ꝟ. de cri. expi. he. l. fi. & l. inter oẽs. ꝟ. de fur. furtum. n. nõ p̃t fieri, niſi ſit cui fiat. iõ q̃uis aliquis crederet furtum facere, vt puta, quia credebat ſubeſſe cui furtũ faceret, ſꝫ tñ ſm veritatem nõ ſit, vt puta, quia iacens eſt hereditas, nõ tenet̃ furti, lꝫ hr̃et voluntatem ordinatã ad furtum faciendum ſm opi. falſam, vt in d. ll. Aut de eo, qđ ex ſe dependet, & tunc aut q̃ritur de acqſitiõe ex cã lucratiua, q̃ acqſitio hꝫ mixtã cãm onerũ, & lucri, vt puta, de acquiſitiõe rerũ per adõnem, q̃ multis modis fieri vr̃, vt per geſturã negotij rei hr̃ditarie, tũc inſpicit̃ aĩus, & opinio, l. hr̃di. §. j. ꝟ. de acq. he. & l. ſi extraneus. §. j. e. ti. Et hoc verum, ſi per talem inſpectionẽ nõ fieret alteri præiudiciũ, vel nõ timeret̃ fieri, quia tunc inſpicitur opinio ꝯria, vt ſi proximo per poſthumum naſciturum, q̃ ſi naſcitur, potius ius in hr̃ditate hꝫ q̃ qui geſſit in reb. hr̃ditariis, ſꝫ qđ eſt, ſe putat proximiorẽ q̃ vxorem defuncti p̃gnantẽ: igit̃ ignorabat: tũc magis inſpicitur veritas ꝯria opinioni, vt nõ poſſit adire, lꝫ ẽt opi. ſit opinãtis imitantis vulgi opinionem, ſm verã opi. gl. Sꝫ tñ Cy. vr̃ dicere, ꝙ ſufficeret alterũ ꝯcurrere cum opinione opinãtis. ſ. vel vulgi opinionẽ, vel veritatem, l. cum qdam. §. 2. ꝟ. de ac. hæ. & hoc ſi talis acqſitio dꝫ fieri ipſi opinanti ſm opi. ſuam. Si ãt alteri per ipſum dẽt fieri cõmodum, nõ inſpicitur opinio opinãtis, ſiue ſit ꝯmodum, vel incõmodũ illius alterius, vt puta patris, vel dñi, ſi opinet̃ cãm acquirẽdi ſubeſſe, q̃ nõ ſubeſt, vel pp potẽtiam, vel morã, vel fauorem, vt ꝟ. de ac. he. l. ſi qs mihi bona. §. fi. & l. q ſeruum. & l. 2. & l. ſi per epl̃am. Si ãt tũc q̃ñ eſt cã q̃rendi alteri, nõ ſubeſt cui q̃ratur ſaltem ſm opi. tũc aut deficit cui poſſit ſm opi. q̃ri, quia putat ſe hr̃e filium, & nõ p̃t. Aut ſaltem fuit per opi. ꝙ nunq̃ habuit illud, ꝙ putabat, & tunc ſi illi tm̃ cui voluerit, & nõ ſibi, nihil agit tali acquiſitione. Si ãt nõ ſuperfuit opi. falſa, imò q̃nq; habuit filiũ, tñ mortuus eſt, cuius ꝯriũ opinabatur, tunc q̃rit ſibi opinãs, qa ſi eſſet, q̃reretur per p̃rem ſm opi. ſuam. Si vero res ſinẽ habitura erat, & ad eum deueniret poſſeſſio tunc dic, ꝙ trahentur res acquiſitæ ad tp̃s iuſſus p̃ris, q ante mortem ſuam iuſſerat fieri adõem, quia ẽt ad tp̃s lõgius trahit̃. ſ. ad tp̃s mortis teſtantis, qui filium ſubſtituit, vt ꝟ. de ſtip. ſer. l. ſi ex re. §. fi. Et ſm p̃dicta puto intelligendum. l. qui in aliena. §. q̃q̃. ꝟ. de ac. he. Qđ intellige verum, ſi habuit opi. voluntatis ordinatæ, puta, quia credens ſe filium ſm intentionem adiuit, vt patri q̃reret, aliàs ſi eꝯ, credens ſe nõ eſſe filium, adiuit, vt patri q̃reret credens ſe nõ poſſe facere, forte nõ ſibi quæreret̃ ad veritatẽ quo ad ſuũ ꝯmodum, ar. p̃dictorum. Fallit in d. l. cũ qdam. §. fi. & ꝟ. ſi pars hæ. per. l. illud. Sic intelligo qđ dñt iura de dubitante de ꝯdõe ſua, nõ teſtantis, tunc tñ, cum hr̃s dubitet de ꝯdõe ſua, ſibi q̃rit adeundo: qa p̃ſumitur hr̃e voluntatẽ ordinatam, vt ſi poſſit q̃ri, quæratur, aliàs nõ. Si ꝯſtet de voluntate ordinata. tunc idẽ, aliàs ſecus. Et ſic p̃t intelligi d. §. q̃q̃. in vltimo dicto. & l. ſed, & ſi de ſua. & l. q putat. §. fi. e. ti. Si ãt q̃ratur de acquiſitione nõ hñte cãm immiſtã onerũ, & lucri, ſꝫ eſt totaliter lucroſa, tũc ſiue ſit ex cã lucratiua, qa non aliqđ abeſt pp hanc acquiſitionẽ. vt qa eſt donõ oĩno lucratiua, ſiue ſit ex cã nõ lucratiua, vt quia abeſt aliqđ, tunc ſi tractetur de acquiſitione facta opinãti, aut hꝫ voluntatẽ ordinatã ad ſuũ ꝯmodum pp falſam opi. & tunc qa vr̃e eſt, ꝙ in vltima voluntate hr̃et cãm ordinatã ad ſuũ ꝯmodum, ſi opinaret̃, qđ eſt in veritate, tũc magis inſpicit̃ veritas, qua opin. ſic intelligo l. rr̃a. §. qui ignorauit. ꝟ. de iu. & fac. ig. vbi ex voluntate ordinata q̃ p̃ſumitur habuiſſe, voluit q̃rere dñium rei traditæ per dñm, quia falſa opiniõe duct⁹ nõ credidit eum dñm, pp p̃ſumptionẽ tñ q eſt, ꝙ ſi opinaretur de veritate, ſ. tradere dñium, vellet q̃rere dñium opinãs, ſiue ſit cã lucratiua, vel nõ: qa indiſtincte loq̃r d. §. & iõ ſi hr̃et volũtatẽ inordinatam, vt quia nõ ob. id, quod credebat tradens, vt quia credebat ſe nõ eſſe dominum, & iõ vr̃ nolle ei, cui tradit, quæri dominium, tunc forte ſecus, arg. prædictorum iurium, ſi ꝓpter falſam opi. habuit voluntatem ad ſuum commodum ordinatam, & falſa opi. ſi eſſet vera cauſa, idem omnino afferret tunc propter præſumptionem, quia voluntas ſua ordinaſſet, ſi illa opi. ſit contra veritatem, ideo hęc veritas contraria opinioni de ſe contrarium inducit, potius tamen inſpicitur opinio quàm veritas, vt ꝟ. pro emp. l. 2. §. fi.

a ADD. ¶Pom. Et no. quòd hic dixit Ang. quòd ſi beneficium conceditur ad beneplacitum concedentis, finitur morte, facit c. dudum, de præb. libr. 6. bar. in l. centeſimis, de ver. ob. & bal. in l. j. C. de poſtul. bal. in proæ. ff. orum. Et an per furorem expiret. Io. and. dubitat. Dic ſi conceditur ad beneplacitum, furore expirat, ſi donec tertius erit prudens, tunc non propter fauorem tertij. Caſus eſt peregrinus in l. ambiguitatem, C. de vſuf.

b Ale. Idem in his, quæ reſpiciunt fauorem animæ, ſecundum gl. in c. ſi gratioſe, de reſcr. lib. 6. & 25. diſt. c. qualis.

c Et legitur in c. ex parte decani, extra de reſcr. & quod no. C. de ſatiſd. l. j. & bar. in l. non ſolum, §. morte, de ope. no. nun.

§. Quoties. no. bene iſtum §. qui videtur contra id quod dixi in l. multum. ꝟ. de cond. & dem. Sed pro modo dicamus, quòd eſt fauore libertatis, tamen cogitabis.

LEX IX.

1 *Prælatus poteſt remunerare pro ſeruitiis habitis.*

1 Iuſta cauſa. Facit†quòd prelatus poteſt remunerare pro ſeruitiis habitis, quòd alius non poſſet, ſed habet probare iſtas cauſas, quas hic ponit, quia iuſtæ ſunt. & facit l. iubemus. C. de ſacro. eccle.

LEX XIII.

Si collectaneus. Per iſtũ tex. dicit Iac. de Are. & Old. vt refert Cy. in l. exigẽdi. de ꝓc. ꝙ minor 25. an. p̃t eſſe ꝓcurator. ꝯrium tꝫ gl. in l. minor. ꝟ. de ꝓc. & præal. l. exigendi. Hic intelligitur de procuratore ad iudicia, nõ ad negotia, quia nõ eſt ſufficiens cã manumittendi, quia ẽt ſeruus p̃t eſſe ꝓcurator ad negotia. l. ſeruum. de proc. Nõ ergo eſſet iuſta cã manumittendi quia vult facere eum ꝓcur. ad negotia. Ad l. minor. & l. exigendi. dic ꝙ loquuntur in defenſore: ſecus in reo. Sed quicquid dicas, habemus hodie caſum, ꝙ minor nõ p̃t eſſe ꝓcurator, vt ext. de ꝓc. c. qui generaliter. §. fi. lib. 6. Ad l. iſtam reſp. ꝙ loquitur ad negotia, & eſt ſufficiens cã, quia citius ꝯhit quis cũ libero, q̃ cũ ſeruo, & p̃t eſſe iuſta cã manumiſſiõis, quia liberius dꝫ negotium gerere, & magis fideliter, cum beneficium libertatis acceperit, cũ ſeſe nouerit obſequij plus dẽre, &c. l. j. in fi. ꝟ. de of. proc. cæſ.

LEX XV.

Etiam conditionis.

§. Ex præterito. Nota iſtum textum bene.

a §. Abſens. Tene menti iſtum tex. aquem doc. alle. vbicunque minor poteſt eſſe in iudicio ſine tutore, & quandocunque poteſt ſine tutore gerere, ad ea poteſt procuratorem conſtituere ſine tutoris authoritate. ar. huius l. & ꝟ. qui pe. tu. l. diuus. §. 2. no. ext. de reſt. ſpol. c. ex parte.

a ADD. ¶Ale. Adde bar. in l. ſi ex legati cau. de ver. ob.

LEX XVII.

1 *Notarius creatus ab alio, quàm à principe non poteſt extra territorium creantis conficere inſtrumentum.*

a Apud proconſulem. [a]Iſta eſt not. l. ego allego l.
1 iſtam, †ꝙ ille qui habet iuriſdictionem voluntariam ab alio quæſitam quam à principe, non poteſt eam extra territorium exercere. & ideo tabellio factus à rege non poteſt extra regnum condere inſtrumentum, nec tabellio factus à populo extra illum populum poteſt inſtrumentum condere. Simile in l. 2. de of. proconſ. & le.

a ADD. ¶Ale. De hac l. vide per bar. & bal. in l. cunctos populos, C. de ſum. tri.

LEX XX.

Si Rogatus.

§. Matrimonii. Iſtum §. cum gl. no. induco ad vnam q. Quidã fecit teſtm̃, & reliquit filiũ ſuũ
a hæredem, & dicit, ꝙ ſi filius meus acceperit vxorẽ ſibi indignam, [a]priuetur hæreditate, & deueniat in talem, ille accepit vnam ancillam, an amittat hæreditatem? Et certe vr̃ ꝙ non, per iſtam gl. quia indigna eſt, quæ prohibetur duci, ſed iſta non prohibetur duci. in contrarium facit, ꝙ indigna dicitur conſiderata qualitate viri, & ſuorum natalium. l. 3. §. ſi emancipatus filius. ꝟ. de bo. poſ. contra. tab. & C. de epiſ. au. l. tam dementis. Iac. de Are. tangit hic.

a ADD. ¶Ale. Quæ dicatur indigna vxor, adde bal. in l. 3. C. de nup. per illum tex.

LEX XXII.

1 *Faciens per alium, ipſe videtur facere in his, quæ iuris ſunt, ſecus in his, quæ ſunt facti.*

Pater

a Pater ex[a] prouincia. Qui per † alium facit, ipse face
1 re vr. l. 1. §. de ieciesse. de vi & vi ar. Gl. dicit, ꝙ per fictionem. Sed dico in l. si is qui pro emptore. ȷ̃. de vsucap. ꝙ illud est verum in his, quæ facti sunt, quia tunc ficte videtur fieri, sed in his, quæ iuris sunt, proprie ipse facit, vt hic.
a ADD. ¶Ale. Adde ad hanc legem, quæ no. Inn. in c. in causis, in fi. de off. leg. facit l. item eorum, §. j. quod cuiusque vniuer. no.

¶De manumissionibus, quæ seruis ad vniuersitatem pertinentibus imponuntur. Tit. iij.

LEX III.

1 *Ciuitas, an æquiparetur pupillo, & restituatur more minorum.*

1 SEruus ciuitatis. Solet esse † q̃ō, an ciuitas æq-paretur pupillo: an soleat restitui more minorum. Est materia l. respublica. C. ex qui. cau. ma. & C. de iu. Reipubl. l. Rempublicam. lib. 11. Sed an æquiparetur pupillo. Videtur, ꝙ æquiparetur cuilibet priuato, vt hic, coniuncta l. pupillus. s. ti. j. ad Maced. l. nihil interest. & l. 4. §. nihil. s. de manu. Gl. tua videtur dicere, ꝙ æquiparetur pupillo. Aliud reperies in gl. j. l. j. §. vlt. in ver. pro consul. quod cuiusque vniuer.

¶De manumissis testamento. Tit. iiij.

LEX II.

SI quis ita. Ibi, à testamento, id est, à testamentaria libertate, & sic nullum videbatur legatum vt C. de leg. l. seruus. lac. de Arena.

LEX VI.

1 *Dominium rei proprie testatoris legatæ, transit in legatarium recta via, secus in re hæredis.*

a Si fructuarium. [a] Q̃n testator legat rem suam, transit dominium recta via in legatarium: s3
1 quando hæredis, non transit recta † via. l. j. C. de ll. & ibi per doct. licèt gl. dicat aliter, & male. Sed vbi testator legat rem suam quo ad proprietatem: hæredis quo ad vsumfructum, an transeat recta via dominium in legatarium? Certe sic, vt hic.
a ADD. ¶Alex. De intellectu huius l. vide d. Io. in l. si seruus Titij, post bar. de le. 1. Barb. Item est sing. secundum ang. in l. 2. s. de publ. secus q̃n legat rem hæredis.

LEX VIII.

1 *Articulus, an procedat, quòd talis cognouit talem violenter.*

Si ita scriptum sit. Ista ẽ pulchra l. & no. & si tu hr̃es intellr̃m, tu diceres mihi, hic est casus ɔ̃ q̃dam q̃ōem, q̃ formasti in l. 2. ȷ̃. de duob. reis. dr̃ in gl. actiue,
a & passiue, & est alia gl. C. de proc. in l. j. & fuit q̃ō, qa fuit format[9] 1
1 articulus, ꝙ talis cognouit talem violenter. † Et dixi. ꝙ p̃t intelligi actiue, & passiue, iō articulus non ɔcludebat. hic vr̃ ɔ̃. qa verbū
b diligenter, [b] p̃t assumi actiue, & passiue, & f̃m mentem disponentis tantum intelligitur, sed non est ɔ̃, quia verum est, ꝙ secundum mentem, & intentionem proferentis, in iudiciis debet interpretari: sed in articulo, si sic probauerit, testis dictum interpretatur, contra proferentem, licet ipse proferens pro se interpretetur.
a ADD. ¶Alex. Adde l. filius, de test. & l. si vxor, de adul. ang. in l. 2. vi bon. rap. dixi in d. l. 2. de duobus reis.
b Barb. No. de verbo, diligenter, vide tex. in c. 2. de fur. & vide c. bonæ, de appel.

LEX XII.

Si quis libertatem. Aliter non posset dari directa. Nam remissio fit iure prætorio, & sic datur vtilis non directa. d. §. quoties. alleg. in gl.

LEX XIII.

1 *Volumina rationum reddi debent, quando ratio administrationis fit.*
2 *Dictio, cum, posita inter personas, coniungit principaliter, inter res accessorie. 4.*
3 *Arguere de verbis testatoris ad verba legis, licet.*

Si ita fuerit seruus. §. Quæstio hæc. Iste § l3 sit in extraordinariis, rr̃ gl. in l. si plures. C. de ɔdi inser. facit magnū festū. No. ꝙ ɔdō q̃ ɔsistit in dādo. & faciendo, si satisdat, de iure in
1 sn̄ia non valet. † Itẽ no. ꝙ ipsa volumina rōum dẽnt reddi. & tẽt lac. de Are. in l. j. §. officio. de tut. & ra. dist. ꝙ tutor d3 reddere pu-
2 pillo libros rōum. Item erit † dicendum[a] notabilr̃, ꝙ dictio, cum,
a posita inter personas, ɔiungit principalr̃, non accessorie. † Itẽ no.
3 ꝙ licita argumētatio est de verbis legis ad verba testatorum. Op.
4 ꝙ dictio, cū, cōiungit accessorie. l. 1. 2. & 3. s. de pe le. Sol. gl. † tua illud ɔ̃rium multum no. Inst. de leg. §. si quis ancillas. quia dictio, cum, inter personas coniungit principaliter, vt hic, sed inter res coniungit accessorie. l. 1. & 3. de pec. le. per Cy. in l. 1. C. de ver. sig.
a ADD. ¶Alex. Vide plene bal. in l. 1. C. de act. & ob. & in l. 1. C. mand. Et differentiam inter dictionem, cum, & dictionem, &, collige ex no. per bar. in l. 1. §. si plures, s. de exer. in 6. q. in repe. & per bar. in l. si cui, in pr. de leg. 1. adde ad not. per bar. quòd libri rationum debeant reddi, quod voluit bal. cons. 335.

LEX XVI.

1 *Mulier relicta vsufructuaria filio instituto, & extraneo substituto, si moritur filius, debet habere integrum vsumfructum.*

Si ita scriptum fuerit. Si fauore certæ rei verba trahuntur ad impropriam significationẽ, talis fauor ad dispōem sibi ɔiunctā nō trahitur. h. d. lac. de Are. ponit hic vnā dist. q̃ ponit Cy. in l. ex his. q̃d. dies le.
1 ced. Hẽtis hic † videre vnā q.[a] Testator reliquit filium suum hæ-
a redem, & sibi substituit extraneum, & suam vxorẽ reliquit dn̄am, & fructuariam oīum bonorū suorū: mō filius non extitit hæres, mulier vult vsumfructum oīum bonorū suorum. substitutus dicit, tu non dẽs hr̃e nisi alimenta, f̃m ɔsuetudinem positā in gl. vlt. in aut. hoc locū. C. si sec. nup. mul. Et nō ob. qa sum extraneus: qa filio fuit impositū grauamẽ. Dico, q cq̃d dicat extrane⁹, ꝙ mulier d3 hr̃e vsumfructū oīm bonorū, p istā l. ɔiūcta illa ɔsuetudine. qa q̃n relinq̃tur dn̄a, & vsufructuaria. de iure scripto d3 hr̃e dn̄ium, & vsumfructum. l3 ex ɔsuetudine fauore filiorū interpretetur, vt dẽat hr̃e alimenta. nā fauore filij remoto, qa nō fuit hr̃s, l3 fuerit scriptus, remanet lex, vt ar. hic in fi, coniuncta dicta cōsuetudine.
a ADD. ¶Alex. Adde Bar. late in l. Titia, de leg. 2.

LEX XVII.

Libertas. Nota. ꝙ aliquid non potest conferri in tempus quo fieri non potest.

§. Hæc autem scriptura. Not. istum casum, de quo facio magnum festum alibi.

§. Hæc scriptura testamenti. Hæc verba, ita vt, faciunt modum. & potest quis compelli ad modum implendum.

§. Post annum. Pluralis locutio, duorum numero est contenta.

LEX XVIII.

1 *Tempus, quo nox efficitur, est dies, & tempus, quo dies efficitur, est nox.*

Qui duos hæredes. §. Hæc conditio. Si tempus apponitur substantiæ legati, in dubio tempus incipit à
1 morte testatoris. h. d. Hic dicam † tibi vnum quod tenebis menti. Dicitur, ꝙ viuens moritur. Et scitis, ꝙ fit quæstio, an sero sit de nocte, vel non. & hoc anno quando redij domum, æquitaui tempestiue, & cogitaui hoc per istam l. quia dies moritur nocte veniente, & sic tempus illud quo nox efficitur, est dies, & nō nox. Ita mane quando nondum venit dies, antequam veniat, dum incipit venire, est nox, & nō dies, quia nondum venit. Et hoc dico per istam
a l. quia hic viuens[a] moritur, & nondum est mortuus, & sic viuens,
b licèt incipiat mori. De ista quæstione [b] dixi hoc anno in l. 1. C. de cust. reo. in terris vbi pulsantur campanæ. vide ibi.
a ADD. ¶Pom. Et vide quod no. Bal. in l. fi. C. de bo. quæ lib. & Lud. in l. hac consultissima C. de testa. dixi in c. Raynutius.
b Alex. Vide Bar. in l. aut facta, §. tempus, ff. de pœ. & facit iste tex. ad aliam q̃ō. de qua per Bal. in l. fi. C. de pact. vbi alleg. istum tex. Adde Ang. cons. 494. quomodo statutum per sonum campanæ possit inducere noctem, & diem.

LEX XX.

Seruos legauit. Meminisse videtur qui non apparet de meminisse. h. d.

LEX XXI.

1 *Testis dicens mense Ianuarij, imo Februarij, aliquid actum, probat de mense Februarij.*

a Stichus[a] imo. Dictio, imo, ponitur correctiue. h. d. Alle-
1 gatur † istud ad dictum testis, qui interrogatur de quo mense fuit, & dicit de mense Ianuarij, imo de mense
b se Februarij, statur vltimo dicto tanquam corrigenti. *b*
a ADD. ¶Paris. Limita vt per Ias. in l. filiusfamilias, §. diui, ff. de leg. 1.
Barb. Adde dominium meum in l. si ita scriptum, §. j s. de hær. insti.
b Paris. Vide Anc. ɔs. 18. ver. s3 in ɔ̃rium. Ias. l. filiusf. §. diui, ver. 2. limita, ff. de leg. 1.

LEX XXII.

a Qui filium impuberem. [a] Quietatio tutorum valet, nisi ĩter ipsum, & eum cui facta est, fuerit collusum. h. d.
a ADD. ¶Alex. Adde gl. hic, ꝙ sufficiat sola confessio tutoris, ꝙ ratio administrationis fuit reddita. Vide Bal. in aut. iisdem, C. de sec. nup.

LEX XXIX.

1 *Auth. ex causa, an habeat locum in præteritione paterna.*

1 VXorem. Iste est bonus casus. Vide gl. quæ incip. dabunt tamen 20. & habes hic gl. ꝙ aut. ex causa. † habet locum in præteritiōe paterna. Et similes gl. dedi in aut. ex causa. C. de lib. præte. hic dico istam gl. esse falsam, quia hic pater ignorauit, & ideo noluit eum priuare omnibus bonis. Et probo per l. sicut. C. de test. mil. Præterea, posito, ꝙ non esset lex, tamen est casus l. si vnquam. C. de reuo. do. in posthumo præterito, & non est mensis quod consului id quod dixi.

LEX XXXII.

1 *Incertitudo rerum, & personarum vitiat legatum.*

1 Cum ex pluribus. Incertitudo † rerum, & personarum vitiat legatum. h. d. secundum Dy. alibi. vide hic gl quæ incip. & ȷ̃. de reb. dub. ibi, quod est speciale, imo ibi est incertudo rerum, hic rerum & personarum, & no. per Dy. in c. in obscuris. extra de re. iur. lib. 6.

LEX XXXIII.

a **Sciendum[a] est necessario.** Existentia sui hæredis confirmat libertates. hoc dicit.

a ADD. ¶Barb. Et vide tex. sing. in l. ita tñ, §. si pr̃, ff. ad Treb. Itẽ tabulæ pupillares fideicommissum vr̃e cõfirmant. Vide casum sing ſm d. meum in l. cum hæres, s̃. ad Treb. & vide de mã eundem in repet. l. si filius, qui patri, j̃. de vulg. & pupil.

LEX XXXIX.

Stichus seruus. Iste est no. casus. Tene menti istum casum pro alienationibus, quæ fiunt, vt non alienentur res, quia si alienentur, reuertentur ad vendẽtem. dixi in l. absenti. s̃. de don.

LEX XLI.

1 *Emphyteuta, an possit soluere pensionem in principio anni.*
2 *Dilationes si plures dantur, vna pro prima, alia pro secunda, alia pro tertia, an teneatur citatus in vnaquaque comparere.*

Si ita fuerit. Ista est not. l. q̃ mille vicibus allegaui tibi in materia de ver. ob. No. tex. ibi celeritas p̃matu-
1 rè, &c. alle. †an emphyteuta possit pensionem soluere in prin.
2 anni. Dicã de hoc plene. j̃. de stat. li. l. statuliberos. §. Stichus. †No. vlt. hanc l. quando dantur dilationes, vna pro prima, secunda pro secunda, & tertia pro tertia, & peremptorie, vtrum teneatur quis comparere in vtroque. dixi in l. qui ante calendas. j̃. de verb. obl.

LEX XLIIII.

1 *Filius institutus sub conditione, si decesserit sine liberis, non dicitur conditionaliter institutus.*

Mæuia decedens. No. istam l. pro eo, quod faciunt tota die testatores. Instituo filiũ
1 †meum sub conditione, si decesserit sine liberis, &c. quòd non est conditionaliter institutus. s̃. de dona. l. 2. §. fi. ibi dicam.

LEX LIII.

Lucius. Ius consistens in dando non potest impleri per personam curatoris adulti. H. d. & facio magnum fe-
a stum de ista. l. j̃. de sol. l. si seruus. No. ꝙ factum [a]tutorum nocet pupillo, vt hic, & l. Lucius. §. tutelæ. de admi. tut.

a ADD. ¶Barb. Et vide gl. sing. ſm Bal. in l. si dolo, si quis omis. caut. test. & qđ no. in l. 1. §. hæc actio, j̃. ne vis fiat ei, & qđ no. Bal. in l. j. §. si proc. s̃. si quis ius dicen.

LEX LIIII.

a **Qui habebat.** Error in syllaba non nocet. [a]h. d.

a ADD. ¶Alex. Error syllabæ non vitiat. Idem in errore literæ c. ex parte, de fide instru. & vtrunque etiam habet locum in rescriptis, vt ibi no. in gl. nisi per talem defectum redderetur falsum latinum c. ad audientiam, j. de rescriptis, & not. hoc, dixi aliquid post Bar. in l. 4. de le. 1.

LEX LVI.

Si quis seruo. Ista l. alle. ꝙ si quis est substitutus directo, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, quo iure posset petere. & certe in electione sua est, vt hic. & l. recusare. §. Titius. s̃. ad Treb.

LEX LVII.

1 *Argumentum à contrario sensu est ex expressa significatione.*

1 **Si quis locuples.** Allegaui istam l. †ꝙ argumentum à contrario sensu est ex expressa significatione, id est, apertissima. & ibi alle. in l. omnes populi. Contrarium est per l. apud antiquos. C. de furt.

LEX LIX.

Titia seruis quibusdam.


§. Lucius, Ibi, liber ne esto, i. esse non possis. Et sic fuit potẽtia denegatiua. Per istam l. videtur destrui practica Dy. in c. peccatum non remittitur. de reg. iur, lib. 6. de dictio-
a ne, nisi. & hic ponitur derogatio negatiua. [a] Hic Dy. dicit, ꝙ non præcedit, sed in vno, licèt in constructu non. Sed solutio est, ꝙ hic præcedit negatiua potentiæ, non negatiua actus, quia negat potentiam. & ideo ponit potentiam dictio nisi.

a ADD. ¶Alex. Los. Puto hæc verba ita dicere, quia non potui videre Dy. hic. Hic Dyn. dicit, ꝙ non præcedit negatiua, scilicet in litera, licèt in constructu sic, vt puta, Onesiphore liber ne esto, nisi diligenter, &c.

¶De fideicommissariis libertatibus. Tit. v.

LEX II.

1 *Aditio hæreditatis ab intestato requiritur, vt legata in codicillis cõfirmentur.*


I quis intestatus. Ista est bona l. & Rof. ponit vnam q. in libellis suis contra istam l. Ad ꝯfirmationem eorum, quæ in testamen-
1 to relinquuntur, requiritur aditio ab intestato. h. d. do. †Rof. format q. in tit. de acti. ex testamento. & dicit, ꝙ in codicillis confir-
a mandis non requiritur aditio hæreditatis ab intestato. Ipse dicere videtur contra istam l. & Iac. de Are. bene dicit hic, ꝙ requiritur aditio ab intestato ad confirmanda relicta in codicillis.

a ADD. ¶Alex. Vide Bar. & q̃ ibi dixi in l. qui filio, §. 1. de hæ. inst. adde Bar. in l. cũ testĩo, C. de manumis. test, adde hic tex. & ibi Bal. in l. fi. in pr. C. de test. manumis.

LEX IIII.

1 *Inspicitur quod euenire potest de iure communi, non de iure speciali.*

Ergo quandiu incertum.

a
1 **§. Si is qui.** [a]No. †ꝙ inspicitur quod euenire p̃t de iure cõi, nõ aũt inspicitur quod euenire p̃t de iure sp̃ali.

solutus, an posset isto casu agere contra principalem, vide in l. idemque, §. ge-
neraliter, & in l. Quintus, s. mand. & no. Imol. in l. si sub impossibili, cum l. seq j.
de fideius. & habetis in l. fideiussor, in pr. & in §. quædam, s. mand. & vtrum ex-
ceptio declinatoria fori competat fideiussori, habes Gui. de Suz. quod non, in
l. præsenti, C. de his qui ad eccl. confu. & adde quod no. bal. in d. l. quoties, & di
cit Sal. in auth. habita, C. ne filius pro pat. quod priuilegium illius auth. non exten-
ditur ad fideiussorem scholarium. Et an extendatur ad fideiussorem, qui non ro
gatus intercesserit, vide l. si mulier, contra senatusconsultum, §. si ab ea. ad Velleian.
de materia late per bar. in d. l. tã mandatori, & quę no. in l. vbicunq;, de fideius.
d Clau. Tangit etiam Pau. de cast. in l. si. in pr. s. si cer. pet. & ibi remissiue per Ale.
Vide etiam per Ang. are. in §. appellatur, inst. de exce. Host. in sum. e. ti. §. & quando,
ver. quid de exceptione, & Card. c. post cessionem, de prob. & sequitur ibi fel.

LEX IIII.

1 *Aliquem esse locupletem, vel non, quod tempus inspiciatur.*

In pupillo. Op. de l. si à dño, vel à patre. §. pe. s. de pet. hæ. &
l. rei iudicatæ. in pr. s. so. ma. gl. communiter te
nent,

1 nent, ꝙ inspicitur tps rei iud. & tps quo petitur. Ego dico, † ꝙ aliquẽ esse locupletẽ, vel nõ, qñq; est cã dãdæ, vel ꝯseruãdæ, vel repellendæ obligatiõis, & tũc inspicitur tps lit. ꝯte. vt qñ dico, ꝙ iõ teneris, qa factus es locupletior, tu minor. Qñq; esse locupletẽ est cã moderãdæ execõis, & tũc ĩspicitur tps rei iudi. l. rei iudicatæ. ṡ. so. ma. & ibi dixi. & l. si à dño, vel à pr̃e. ṡ. de pe. hæ. & hoc videbitis ĩ. e. l. nemo.

LEX V.

Is qui dicit. De hoc videbitis ĩ. eo. l. nemo. vide gl. in ver. permittitur. quę ponit ꝯrium, & nõ soluit. ibi, s; & si susceperit. in pr. Sol. plurib. exceptionib. licet uti, vt hic, nõ ad omissas redire, vt in cõtrario. Item in d. gl. ibi de lege commis-
a soria interrogatus, ita respondi, si per emptorem. [a] sol. ibi ext. iudiciũ, & esset sibi ꝯrius. Itẽ ibi §. eligere. ibi in actione, hic ĩ exceptiõe.
a ADD. ¶ Ale. Aliàs legitur in d. gl. si fundus, §. eleganter, e. ti. de l. commis. quæ magis conuenit.

LEX VI.

Si rem legatam. Vides ꝙ dolus defuncti nocet successori. Op. de l. an vitium. ĩ. de diuer. & temp. præscr. sol. dolus defuncti nõn nocet ad exceptionem, seu ad præscriptionem, sed ad actionem sic, vt hic.

LEX VII.

1 *Replicatio competens non restituitur ipso iure, sed in integrum restitutione*
2 *Officium iudicis qualiter possit impetrari in exceptione.* (petita.

Exceptiones quæ personæ.

a §. Intercessionis. [a] Vos scitis, ꝙ prætor tractat de in integrũ restitutione iure actionis, vt ṡ. de dol. & ṡ. qđ me. cã qñq; officio iud. vt ṡ. de min. in 1. casu ꝯpetit ipso iure sine restõe petita. secũdo nõ, nisi qs restitutus ĩ integrũ
1 sit. † q̃ro. qd in replicatione? Et gl. ĩ l. nã & postea. §. si minor. ṡ. de iu
2 reiur. đt, impetrata prius in integrum restõe. Quæro, † vtrũ in ipsa exceptione possum impetrare officium iud. qđ mihi sufficiat? Tu scis, qđ dixi in l. j. ṡ. e. ꝙ non est necesse ꝙ in exceptione ꝯcludatur, nõ dico hic. S; quid si in exceptione concludo sic, ꝙ excipit, & excipiendo ꝓponit. & dicit ꝙ detulit iurm, & erat minor, & fuit dãnatus, & sic petit restitui? Dico, ꝙ possum facere, per l. Papinianus. §. si filius. ṡ. de inof. testa. quia quemadmodum quærela rescinditur, ita & beneficium restitutionis in integrum, & tunc ista exceptio habebit vim petitionis. Ita debet intelligi l. sub conditione. ṡ. de bo. pos. contra tab. plene vide in d. §. si minor. vbi de hoc dixi.
a ADD. ¶ Ale. Vide bar. in l. diuus, ad fi. de re iud. & bar. in d. §. si minor, in pr. & in d. l. Papinianus, §. si filius.

LEX VIII.

1 *Ratio quare reus proponit plures exceptiones, quam actor actiones.*
2 *Plures exceptiones contrarias quando quis proponere possit.*
3 *Plures replicationes contrarias quãdo quis proponere possit.*

Nemo prohibetur. H; subtilẽ materiã, & à nr̃is doctorib. bñ intellectã. op. de l. nemo ex his. §. quoties. ff. de reg. iur. & l. qđ in hærede. §. eligere. ṡ. de trib. gl. sol. aliud ĩ exceptione, vt hic, & aliud ĩ actione, vt ibi Azo.
1 Op. ꝯ hoc ṡ. e. l. j. sol. ibi quo ad qd vr̃ agere, nõ quo ad oĩa. † Quæ-
a ro extra gl. q̃ est rõ, ꝙ reus pt ꝓponere plures exceptiones, q̃ actor actiones? R õ vna est, quia reus est fauorabilior: alia est, qa in ptãte actoris est qualiter instruatur, & qñ agat: sed in rei potestate non. hanc rõem posuit Dy. in c. nullus plurib. extr. de reg. iur. li. 6. & ĩ.
2 de hac faciam mẽtionẽ. † Quæro, an plures [b] ꝯrias exceptiones qs
b possit ꝓponere? Et gl. vr̃ hic tenere ꝙ sic, sed alibi gl. in d. l. nemo.
c op. plurib. mod. Op. de l. quoties. §. prętor. de noxa. & de auth. ꝯ q ꝓpriam. C. de nõ nu. pec. Huius ꝯrij timore gl. quæ est in l. nemo ex his. in pr. ĩ. de reg. iur. đt, ꝙ pt ꝓponere, nisi ꝯrium in l. ꝓhibeat, vt ibi no. Dy. in c. nullus plurib. đt, ꝙ nõ est verũ, ꝙ regula fallit, imo est firma, & dat rãm. Qñcunq; assertio facta in exceptione nõ potest ꝯcurrere cũ assertione, vel negatione facta ĩ alia exceptione, nõ pñt plures exceptiões ꝓponi, vt in ꝯriis: sed ꝯdõarie pñt opponi. l. si quidem. C. de exce. Videamus qs dicit verius, an gl. vel Dy. & primo videamus, an exemplum sit in ꝯriis exceptionib. Vr̃ ꝙ sic, qa si solui, sum liberatus à solutione: amodo non possum liberari prescriptione. ar. l. sequit. §. lana. ṡ. de vsuc. Et credo, ꝙ in isto exemplo gl. bene đt per c. cũ olim. & c. auditis. ex. de præscr. Pone exemplum. Dy. nego me teneri, postea volo dicere me soluisse, possumne istas exceptiones proponere? Dic ꝙ sic. qcqd dicat Dyn. Casus est in l. cũ de indebito. ṡ. de ꝓb. l; Dy. all. ꝓ se, tñ est ꝯ cũ, qa ibi nego mihi solutũ, ꝓbata solõne dico debitũ fuisse, & grauor pp mẽdaciũ in ꝓbatione debiti. Simile in auth. ꝯ q ꝓpriã. C. de nõ num. pec. vbi ꝓbata scriptura ꝓpria possum postea fateri & probare. S; ꝯ illud op. de l. 2. §. s; si alius. ĩ. qñ app. sit. vbi appellãs ꝓ reo, si est sibi ꝯrius, nõ audit. Pet. timore istius ꝯrij intelligit, ꝙ pot plures ꝯrias exceptiones ꝓponere, s; nõ simul. vt d. §. s; si alius, s; ꝓnunciato super vna ꝓponet aliã. Ita t; Cy. & recitat dictum Ia. in l. j. C. de fur. Illud ẽt vr̃ ꝯ casum in c. auditis. & c. cum olim. de presc. & in exemplo hic dato per gl. Quid dicemus? teneamus gl. simplr, & doct. determinemus hoc mõ. Qñq; vna & eadẽ exceptio est in seipsa ꝯria, & tunc ista exceptio nõ admittitur d. l. 2. §. sed si alius. ĩ. qñ app. qa ibi appello ꝓprio noĩe, & alieno, &c. Qñq; sunt duæ exceptiones
d ꝯriæ adinuicem, & hic aduerte. [d] aut incumbit onus ꝓbandi vtrãq; exceptiõem ipsi ꝓponenti, & pñt ꝓponi simul istę exceptiões. Ita ĩtelligo gl. hic, & d. c. cũ olim. & c. auditis. ex. de presc. Si vero ꝓpositio vnius exceptiõis trãsfert onus ꝓbandi in aduersam partẽ aliã exceptionem, tũc nõ pñt ꝓponi simul, & semel simplr. d. l. cum de indebito. qa nego solutum, tu debes ꝓbare solutũ. Et rõ est, qa exceptio peremptoria d; ꝓbari postq̃ actor ꝓbauerit suã intentionẽ. l. si qdem. C. de excep. l. exceptiõem. C. de ꝓb. mõ si nego mihi solutum incũbit tibi ꝓbatio, si ꝓbas, & volo ꝓponere debitũ fuisse solutũ, incumbit onus ꝓbationis mihi, & sic ꝓbata vna deuenitur ad aliam, sm qđ dr̃ de petitorio & possessorio in l. incerti. C. de interd. & hoc facit rõ ordinis. Et ꝑdicta vera nisi l. ꝓhibeat, p l. nemo
e ex his. in pr. ĩ. de reg. iur. vides quid in exceptionib. Quæro, quid [e] in replicationib. Dy. assignat duas rões differentię inter actorem, & reum: quia reus est fauorabilis s; istud non habet locum in actore. Alia est, quia non potest esse instructus reus prout actor: & illud est etiam in actore quantum ad replicationem: & sic postq̃ vna ratio habet locum, satis est, ꝙ plures replicationes contrariæ possint opponi, probatur per l. interposita. C. de trans. vbi opponitur exceptio metus, & per aliam dico nullam.

a ADD. ¶ Ale. Sed an reus possit annullare petitionem, & exceptionem, vide bal. in l. edita. C. de eden.
b Paris. Vide ale. cons. 65.
c Alex. Et casus in quibus reus non admittitur, si sit contrarius, notantur per bal. auth. contra qui propriam, C. de non nu. pec. & in d. l. j. ver. circa fin, C. de furt. & in d. l. fi. de fideic. Et hic adde quod no. bal. in l. peremptorias, ver. nunquid il li, C. sen. resc. non pos. & adde ꝙ licet reus possit adinuicem contraria allegare, non tamen toleratur contraria probare, vel producere in vim probationis, sm l. And. in regula, imputari, de reg. iur. in mercur. quem refert bal. in l. scriptura, ad fi. C. de prob. & an id quod primo negaui, possum postea confiteri, vide bal. in l. vnica. C. de confes. & an terminus datus actori, & reo simul, currat reo proponenti exceptiones contrarias, vide bald. in d. l. j. de fur. & ad hanc legem vide etiam quod no. dicit bal. in l. j. C. de fal. cau. adiect. lega.
d Ale. Vide no. per Dy. Ray. & Imol. in l. Titiæ si nupserit. ṡ. de cond. & dem. & vide etiam bal. in l. peremptorias. ver. quæro nunquid ille, C. sent. rescin. non poss.
e Ale. An actor possit pluribus vti contrariis replicationibus, adde bar. in l. si expressim, ĩ. de app.

LEX IX.

1 *An qui excepit, fateri videatur.*

1 Non vtique. † Op. dr̃ hic, qui ꝓponit exceptionem, nõ vr̃ fateri, &c. ꝯ, quia qui excipit, ꝓbat. l. j. ṡ. eo. C. de prob. l. j. gl. quæ est hic, videtur intelligere istam l. ꝙ hoc sit verum, qñ exceptio proponitur ꝯdõaliter, vt dico me non esse debitorem, s; si apparet, dico me soluisse. S; si simpliciter opp. exceptionem pacti, si nõ probo, tunc videor confiteri. Et istam opi.
a tenet Dy. [a] in c. exceptionem. de reg. iu. li. 6. Decretistæ dicunt cõtrarium in c. cum venerabilis. extra e. & I. And. tenet ibi reprehendendo Dy. in c. exceptionem obiiciens. de reg. iur. li. 6. Ego tenui
b istam opi. [b] semper, & est dictum meum, ꝙ quilibet eorum dicit verum in casu suo. Quandoque quis obiicit exceptionem, & ille ꝯ quem excipitur, exceptionem confitetur, & tunc dicit verum Dy. vt quia fateor, ꝙ soluisti, sed eram minor, quia non potui solutionem recipere. Item feci sibi pactum de vlterius non petendo, s; fecit mihi pactum de petendo postea, & tunc đt verũ Dy. ꝙ fatetur reus. Et hoc ꝓbo per l. qm̃. ṡ. de his qui no. infa. S; si actor nõ fatetur, ꝙ excipiẽs ponit, tũc dñt verum Decretistæ, Et dico, ꝙ est

a ADD. ¶ Ale. Vide bar. in l. cum de indebito, de prob. per d. Ant. in c. ex parte decani, de rescr.
b Alex. Idem bal. in l. alia, C. de his, quib. vt ind. contrarium tenet bar. in l. decem, ad fi. ĩ. de ver. ob. & ad materiam istam vide bar. ibi, & bal. in l. exceptionem. C. de prob. Et an & qñ excipiens videat fateri, vide Spe. ti. de exce. §. viso, post pr. Et quid de replicante, vide I. And. in regula, exceptionem obiiciens, de reg. iur. in 6 & ang. hic, & bal. in auth. si dicatur, C. de testib. & quod no. gl. & bar. in l. si quidem, C. de exce. & dicit gl. in auth. de exhib. reis, §. sancimus, in gl. litis contestationem, in fi. ꝙ qñ qs facit ꝯtum præcessisse, si opponit exceptionem, non ꝓbando exceptionem, vr̃ fateri, q̃ gl. ad hoc all. pro sing. bal. in l. 2. C. qñ sic. vel priua. & bal. in l. exceptionem, C. de prob. & duo verba ponit bal. in auth. si testis productus dicat, de testib. Et si quis opponit exceptionem solutionis, ꝙ nõ videatur fateri debitum, t; bar. per illam gl. in l. Iulian⁹ verum debitorem, ṡ. de cond. ind. & de materia hr̃ per bal. in l. 1. C. de confes. & in l. j. C. de fur. & bal. in l. cum mulier. & Imo. ibi, ff. so. ma. & qui negat sniam rite latã, nõ vr̃ fateri si iam latam, & sic negans qualitatem facti, nõ vr̃ fateri ipsum factum, sm bal. & Imo. in l. Gallus, § forsitan. per illum tex. de li. & posth. & dixi post Imol. in d. l. decẽ, de ver. ob. & vide bar. in l. post legatum, de his quib. vt ind. Adde quando excipiens videatur fateri, Rom. cons. 77. vbi an opponens compensationem, videatur fateri debitum. Et opi. quam hic tenet bar. reprehendit abb. in c. cum venerabilis, vbi dicit esse contra bar. Vnde ipse tenet opi. gl. in c. exceptionem, de reg. iur. in 6. quam etiam tenet Spec. eo. tit. §. viso, vers. illud quoque, & Io. And. ibi, in addi. in ver. igitur valde periculosum.

est casus in l.cũ de indebito.§.de ꝓb.Probas sol'onẽ, ergo erat debitum,certe vti nõ possum ista præsumptione,& rõnem hic non habemus,s3 regulam iuris habemus,ꝙ ex eo nõ debet quis cõsequi præmium, qđ nixus est impugnare.[a] ita dicunt Doc.in positionib.negatiuis,ꝙ qs positiones negans,postea illis nõ p̃t vti.Ita tẽt Spe.in ti.de positionib.Ita intelligo istam mãm.Vñ actor q negat pactum factum, vel solutionem, nõ potest dicere, ꝙ ex eo sit probata intentio sua.Et fuit in tertio anno,quo legi istum tit.

a ADD.¶Clau.Adde bal.in l.cum precum,C.de lib.caus.Contra tñ facit qđ not. Pan.post Compostel.in c.capitulum sanctæ crucis,in fi.de resc. Vide ẽt ad hoc ampliationem bal.&Ale.l.3.C.de repud.hær.vbi dicunt idem in nõ rñdente,vel dissimulante.Adde etiam in materia Are.l.j.§.si quis simpliciter, j̃.de verb.ob. Pau.de ca.in l.siue possidetis,C.de prob.vbi limitat hanc doctrinam.

LEX X.

1 *Si agens nomine Titij succubuit,an ab eo factus hæres possit denuo agere.*

Modestinus. Quærit gl.de vna q. qđ si tecum rei vend. egi noĩe meo, vel agẽdo, vel defendẽdo? dic vt gl.†Secũda qõ est, pone egi noĩe Titij,& succubui,postea

1

a Titius fecit me hæredẽ,an possim agere?Et gl.dicit,ꝙ nõ.Ista gl.ꝯ dicit huic legi & nihil allegat.dicit ne verũ ista gl.Et dico,ꝙ dicit verũ in duob.casib.qñ ꝓmisit dñm rẽ ratã habiturum,& dñs nõ habuit ratã,& tunc p̃t exceptione repelli,qa p̃t conueniri,ar.l.vẽ

b dicatẽ.§.de eui. Alius casus est,[b] qñ egi ꝓcuratorio noĩe,tunc si [c]

c successi dño,nõ possum dicere postea me nõ fuisse procuratorẽ, & allegare turpitudinem meam.l.si creditorib.C.de seruo pig.da. ma.Secunda ratio est,sicut dicitur in creditore. C.cre.eui.pig.nõ de.l.j.in tertio casu ista gl.non procedit,quando egi tanquam cõiuncta persona,& non caui rem habiturum, vt j̃.e.ti.in l.rei maioris.& pro illo si succedo,nõ prohibeor agere.Pro hoc facit quod dixi in l.cum vir.de vsucapio.

a ADD.¶Ale.Ad hęc no.faciunt quę no.bal.post gl.in l.iubemus,§.sane j.in pr.de sacrosf.ec.addẽ quod voluit Io.an.in Spe.in ti.de sen.§.fi.ver.vsque ad quod tẽpus,vbi ponit de falso procuratore,qui succubuit,& fuit institutus à domino, an possit agere,& de iudice qui successerat reo,contra quem lata erat sententia,& appellauerat,an possit appellationem prosequi.

b Ale.Vide bal.in l.si creditoribus,C.de ser.pig.dat.manu.

c Barb.Vide no.limitationem in c.tertio loco,extra de præsump.& in auth.nouo iure.C.de pœn.iud.qui male iud.

LEX XI.

1 *Exceptio falsorum instrumentorum quando sit perpetua, & opponi possit post sententiam,& contra ipsam peti restitutio.*

2 *Iudicium de falso ciuiliter contra alium intentare nõ possum criminoso viuẽte.*

Qui agnitis. Quæro de qua exceptiõe loquatur hic.Et dñt qdam, falsorũ instrorum exceptio nõ h3 locum,&illud nõ placet gl. Alij dicũt nõ esse locũ prescriptiõi rei iudicatæ.Ad l.nrãm op.de l.j.C.de ꝯd.indeb.& l.si sine §.j.j̃.rerat.ha.sol. post sententiam non reperitur, nisi prætextu falsorum instrumentorum.l.diuus.§.de re iud.& l.fi.C.si ex fal.instr. Op.C. de fi.instru.l.fi.§.fi.Solutio gl.vr̃ ꝯ fi.l.Solue ergo aliter,ꝙ hic fuit deceptus.vt l.vl.C.plus va.qđ agi.nõ obst.l.fi.C.de fi.instr.quia i-

1 bi fuit de falso cognitum.†Op.de l.exceptiones.in fi.§.e.coniuncta l.diuus.§.de re iud.gl.fatetur ꝙ exceptio falsorũ instrorum h3 locum restõe impetrata,ibi,& hoc petita. An ista gl.dicat verum, credo qđ dixi vobis ĩ l. diuus.ꝙ si snĩa est lata prætextu falsorum instrorum,si peto me reponi ĩ pristinũ statũ,tũc faciam restõe petita,& hoc intra quadriennium, & ita loqtur l.diuus.qñ volo restitui.Sed si volo repetere qđ solui,vel tu petis, & ego excipio ꝙ ꝓtextu falsorum instrorum fui ꝯdemnatus. tũc ista exceptio fuit perpetua,nec op3 ꝙ petat̃ restõ ĩ integrũ.Et hoc dicũt canonistæ

2 extra e.ca.cum venerabilis.†Quæro,qđ si velit agere ciuiliter de

a falso,an possit?gl.tangit hic.[a]ista q.soluitur duob. verbis.ꝯ criminosum possum intẽtare,vel ciuilem,vel criminalem ꝗ volo.l.j.C. qñ ciu.act.cri.præiu.Fallit in casu l.pretor edixit.§.j.j̃.de iniur.f̃m lec.Ia.de Are.Sed si volo agere contra alium ciuiliter de falso,nõ possum criminoso viuente,nisi prius eo cõdemnato,secus si mortuo.l.1.C.vbi cau.fis.& l.2.§.de Carb.edi.

a ADD.¶Alex.Adde quod no.in l.si ex falsis,& ibi no.Ia.but.C.de transa.& quod no.bar.in l.diuus,in fi.de re iu.& ad hoc vide bal.in l.fi.C.si ex fal.instrum.

LEX XII.

a Generaliter. [a]Vide gl.ibi,vñ op3,&c.Signa istud & hoc examino in repetitiõe l.natural'r.§.nihil cõmune.§.de ac.pos.& dico, ꝙ si præiudicialem exceptionẽ vis opponere extra snĩam non potes:quia op3 ꝙ probes,& opponas,& hoc, per istam gl.ibi, vt ꝓbet rei vendicationẽ primo institutam. Item not.ad q.si ago confessoria cõtra te, tu dicis,agas rei vendicatione ante,per quam fundum vẽdices, potes ne istud excipere? Ista gl. videtur dicere ꝙ sic, & vide gl.ibi, vel prius instituat eam, & an sit verum,dicam in l.fundum.j̃.e.

a ADD.¶Ale.De hac l.circa vlt.lect.vide bar.omnino,in l.edita,C.de eden.

LEX XIII.

1 *Petitor vel possessor hæreditatis si conuenitur,quando possit deducere exceptionem,de qua in ista lege.*

2 *Quando petitur iurisdictio alicuius castri,an habeat locum distinctio huius l.*

Si post litem. Habet duas lect. Primo ergo pone casum f̃m primam lec.op.de l.vl.C.de pe.hæ.Gl. dicit ꝙ l.ista hodie per illã corrigitur.Vel aliter,& ibi qñ agit̃ personali,hic qñ agitur reali.Et sic per istam gl.vr̃ ꝙ illa lex vltima loquatur in iudicio personali tm̃:hic in rei vend.Et potest esse bona ista gl.sec. Dy. qñ conuenio aliquem rei vendicatione ex eadem causa,qua hæreditas petitur.Secus si ex alia causa petitur hæreditas,ex qua quis dicit se dñm,quia tunc esset eadem ratio,ꝗ in personali:& ideo tunc corrigitur ista l.sec.Dy. Vel verius tũc nec de iure antiquo obstabat exceptio,quia nullum præiudicium fit,l.si quis libertatem.§.fi.de pe.hæ.Cum igitur cõuenitur qs vt possessor,cõuenitur vt quilibet,nõ vt hæres.l. Nesennius.§.fundum.de re iud.& l.de eo.§.fi.§.ad exhib.Dat gl.aliam so.quam teneas multum mẽti, quia hic petitor hæreditatis agebat, ibi cõueniebatur, & sic d.l.vlt.loquitur,qñ conuenitur petitor & possessor hæreditatis:secus si ageret ipse.Et hoc tenet gl.hic. & l.si bonæ fidei.§.de pet.hæ.tene menti. Et f̃m hoc prout in casu ponitur de extraneo

a agẽte,corrigitur per d.l.fi.habes expeditam primam lec. Sed Io.[a] intelligit secũdo mõ vt in gl.j.ibi,sed Io.&c.est ne vera ista lec.Io. & Pet.reprehendit eam,quia si non possum ante lit.conte. multo minus post,per l.si fundum.& l.fundi.j̃.e. Tene ergo primam lec. quæ probatur per tex.huius l.ibi,nõ facti nomine,&c.nam ante litem cõt.iudicium est futurum,post lit.cont.iudicium pẽdet,post sentẽtiam iudicium est factum & completum:& sic Io.in omnib. bene dicit,præterquam in eo ꝙ facit distinctionem ante lit.cont.

1 vel post.Dic ergo,† quandoque petitor vel possessor hæreditatis agit aliquo particulari iudicio,&tunc indistincte iura antiqua nõ corriguntur, & p̃t opponi exceptio, ne præiudicium fiat petitioni hæreditatis,vt gl.hic tenet,& in l.si bonæ fidei.§.de pe.hæ.tene menti. Quandoque ipse conuenitur,& tunc si inter eos mouetur particulare iudicium,inter quos speratur moueri vl'e,tunc potest opponi hodie sicut olim.l.nõ distinguemus.§.si is faciat.§.de arb. Qñq; iudicium particulare mouetur inter petitorem & possessorem,& tertium,& tunc aut est iudicium reale,& obstat exceptio, si ex eadem causa moueretur, vt hac gl.sec. Dy. nec iura antiqua corriguntur per d.l.vl. Aut mouetur ex alia causa, & tunc nõ obstat exceptio, quia non facit præiudicium,vt l.si quis libertatem. in fi.§.de pe.hæ.Aut mouetur personal'r,& tunc distingue, vt l.fi. C.de pe.hæ,quia ibi distinguitur inter creditorem & legatarium. Vbicunq; aũt dixi dictam exceptionem locum hr̃e, fallit si actio, quæ mouetur,esset tp̃e peritura l.cum hæreditas ex Treb.in fi.ad Treb.& l.si bonæ fidei.& l.diuus.de pe.hæ.Itẽ fallit in causis summariis.l.ille à quo.§.fi.de testa.e.ti.qđ dic,vt dixi in l.ita tñ.§.quoties.e.ti.Item fallit si super petitione hære. esset sententiatum, vel

2 aliter lis esset finita,vt hic.†Sed quero,quid si petitur aliquid vl'e, vt iurisdõ cuiusdam castri,vel rectoria cuiusdam ecclesiæ, an habeat locũ dicta distinctio,si aliquo iudicio particulari agatur, vel conueniatur?Inn.ꝙ sic,de concess.præb.in 6.c.quia cunctis.in j.gl. magna.Mihi autem videtur sic dicẽdum,aut iurisdõ cohæret Castro, seu territorio, & inter plures est contentio de dominio Castri principaliter,tunc illud est iudicium particulare,ideo omnib. iurib.dicti Castri potest vti possessor pendente iudicio,l.fi.§.de aqua quot.& æsti.Si vero est contentio principaliter de iurisdictione,quia vnus dicit competere sibi,alter sibi,puto distinguendum vt in petitione hæreditatis, vt non possit per aliquod particulare iudicium fieri preiudicium huic vniuersali,nisi f̃m distinctionem prædictam:& sic ꝗ spectãt ad iurisdictionem, & sunt tempore peritura,poterũt exerceri,& similia.ita intelligo Inn. licẽt multum faciat cõtra,quia hoc videtur tantum statutum in petitione hæreditatis,quia fuit inuenta à Senatu, vt d.l.vl.& l.si quis libertatem. tamẽ eadem ratio est hic.Facit etiam,quia idem est acsi fieret præiudicium bo. pos. contra tab.vt j̃.tit. 1.l.2.vel querelæ. d.l.si quis. Item ibidem Senatus dixit tantum de libertate,tamen habet locũ in aliis rebus,vt hic, & d.l.vl.Et sic patet ꝙ extenditur:tamẽ ne sit in potestate cuiuslibet impedire exercitium iurisdictionis,dico ꝙ ita demum potest opponi hęc exceptio,si iam possessori mota est lis de iurisdictione,vel moueri speratur, d.l.si quis libertatem. Et intelligo speratur,id est,ex iusta causa,nõ elusoriẽ,tunc, &c.l.hoc autem.§.si cui plusquam per l.Fal. De aliis præiudicialib. dicam j̃. e.l.fundi.& l.fundum. Et quando & quibus possit opponi exceptio hæc,ibi dicam.

a ADD.¶Ale.An ille qui conuenitur petit.hær.possit conuenire debitores hæreditarios,no.per bal.in l.fi.C.de pet.hær.

LEX XV.

Aduersus. Op.de l.nam & postea.§.sed & si quis.§.de iurei.gl.soluit,ꝙ potest replicari ab alio vt in cõtrario,nõ à deferente,vt hic.Sed op.de l.j.§.de dol. Ergo si iuramẽtum est delatum dolo malo,nõ p̃t opponi dolus. Tu debes intelligere, ꝙ dolus fuit commissus in deierando, & de isto non potest

excipi. Sed si dolus eēt ꝯmissus inducēdo ad deferēdū, vl' ad iurādū, tūc posset replicare de dolo. Et hoc ꝓbat, §. de dol. l. qđ si deferēte. cum duab. seq. Op. đ l. admonēdi. cum si. so. fallit ibi, vt in gl.

LEX XVI.

1 *Reus excipiens si in exceptione succumbit, non prohibetur quod deduxit in exceptione tractare in alio iudicio.*
Si reus in exceptione obtinuit facit præiudicium in alio iudicio actori.
2 *Absolutoria lata in prima causa seruitutis, quòd non faciat præiudicium in secunda causa proprietatis, secundum communem cursum causarum.*
Communis cursus causarum est, quod reus non assumat ī se onus probandi eē rē (suam.
Inspicitur quod euenire pt, quando præsens status rei, verisimiliter tēdit ad hoc.
3 *Quòd casus in § sed neque. in Auth. de fideius. vbi concursus hypothecariæ, & personalis admittitur, est casus specialis.*
4 *Causa quòd dicatur præiudicialis altero de tribus modis, scilicet ratione rei, ratione autoritatis, & præeminentiæ: & quando ita se contingunt quòd absolutoria lata in vno parit præiudicium in alio. (dicatione.*
5 *Reus an possit agere confessoria contra agentem contra se ad fundum rei ven-*
Si ago contra te confessoria, tu rei vendicatione contra me ad fundum, ego dico seruitutem mihi deberi, quod agitur super secundo iudicio.
Regula istius l. procedit quando duo iudicia proponātur ab vna, & eadē parte.
Si condemnatoria lata ī secundo iudicio parat plenum præiudiciū ī primo, & vnum iudicium sit propositū ab vno, aliud ab alio, super secūdo tantū ꝓcedetur.
6 *Si ago rei vendicatione, tertius potest agere contra me confessoria.*
7 *Contra agentem ad viam potest excipi quòd agat primo rei vendicatione, & ꝙ super illa primo procedatur.*
8 *Pōt dari libellus vt supersedeatur super confessoria proposita rei vendicatione.*
9 *Rei vēdicatione, & cōfessoria simul propositę, procedetur sup rei vēdicatione.*
10 *Actione ciuili, & criminali simul proposita si non sit oppositū procedit iudiciū.*

Fundum Titianum. Lex nr̄a cum duab. seq. pt sic summari. qñ duo iudicia sic se hñt ꝙ absolutoria lata in primo parit exceptionē rei iud. in secundo: & ꝯdemnatoria lata in secundo parit reo præiudicium in primo, ꝯcursus nō admittit: alias sec⁹. Hoc dñt istæ tres ll. Ista materia ē valde singularis, & facit magnū honorē aduocatis intelli-
a gētib. eā. In l. ꝫ si ante. in fi. Ista l. dicit, ꝙ absolutoria lata in prima nō parit exce. rei iud. in secunda, & ꝯdemnātio facta in secūda nō præiudicat rei in prima. Op. dr̄ hic, ꝙ post motā litem in proprietate, nō pt moueri, &c. Cōtra §. e. l. si post litem. So. ibi debet intelligi post litem cont. & sñīam terminatam. & alia le. q̄ est ibi nō est vera. Op. de l. ei qui pignori. §. de seru. dicit gl. fallit ibi. Venio ad l. sed si antè, dr̄ hic, ꝙ diuersa corpora sunt, & sic innuit ꝙ seruitus est quid corporale. ꝯ l. j. §. de rer. diu. & inst. de reb. corp. & incorp. Gl. 2. exponit corpora. i. res. Op. ꝗ ista est rō ꝙ pt agi. in l. ꝫ si ante. quia diuersa corpora, ergo est ꝯ. §. l. proxi. Gl. dicit, fateor ꝗ ista rō nō est vera, sed alia rō mouit eum: & primo assignat rōnem q̄ vide. & innuit gl. ista ꝙ maior sit qō seruitutis, quam qō proprietatis. Dicit ne verū? Dic ꝙ sic, quia respectu præiudicij est maior, nō respectu rei. maior āt dr̄ respectu preiudicij, quia ꝯdemnatoria in prima præiudicat magis in secunda, quam ꝯdemnatoria in secunda ꝓiudicet in prima. item assignat gl. aliam rōem, & est eadē cum ista, & secunda rō tractat de istis actionib. designādo res super qb. vertitur, prima rō designādo res per ista nomina, prima, & secunda. Sed ad istas rōes fm gl. op. nōne etiam ī l. sed si ante. absolutoria lata in secunda, parit exceptionem rei iudicatæ in prima: primo petij viam, postea fundum: si absolutus es in fundo, nōne prę iudicat in prima? Certe nō, dicit gl. sed istud in fauorē rei, quia fm iudicium & cōdemnatoria in eo nō præiudicat in primo. Mō habeo, qñ absolutoria lata in prima parat præiudium in secūda, cōdemnatoria in secūda parat ꝓiudicium in prima. Ita loqtur l. fundum. ꝫ ꝯ loqtur l. sed si ante. Iurisconf. ergo bñ dixit, quia vtraq; rō. s. gl. & Iurisconsulti reqritur, quia opꝫ nō eandem rem petitā esse. Item opꝫ ꝙ vna nō pariat preiudicium alteri. Pro declaratio
b ne materiæ procedo[b] vlterius, & oppono, peto viam, secundo peto fundum, nōne poterit sequi absolutio ī via: quia fundum probauit reus esse suum, & sic parat ꝓiudicium in fundo. s. in qōe fundi, & sic nō debet admitti ꝯcursus. Pe. dicit nō esse verum, qa licèt super exceptiōe ꝓnūcietur nō parat præiudicium in alio iudicio. l. vendicantem. cum l. seq. §. de euic. hoc anno dixi tibi ꝯrium, qđ
1 est verum, † qa qui ponit exceptionem, & in exceptione succumbit, nō prohibetur illud idē, qđ in exceptiōe deduxit, tractare in alio iudicio. Sed si reus obtinuit, tūc facit præiudicium in alio iudicio actori. l. q Romæ. §. duo fratres. §. de verb. obl. fm lect. Hug.
2 † Erit ergo so. ista, illud qđ dicitur quando absolutoria lata est in prima, possibile est nō parare præiudicium in secunda, est verum
c fm cōmunem[c] cursum causarum, aliàs secus. Cōis cursus causarum est, vt reus nō assumat in se onus probādi esse rē suam. pt tñ si vult, l. liberis. ī fi. §. de lib. cau. & l. circa. §. de prob. nō tñ cogitur. Vnde absolutoria lata in prima, nō parat preiudiciū in secūda, fm cursum communem causarū. Idē dixi in l. inter stipulantem. §. sacram. j. de ver. ob. ꝙ inspicitur qđ euenire pt, qñ præsens stat⁹ rei verisi'r tendit ad hoc: sed præsens status rei nō inducit hoc, ergo &c. sed si poneres, ꝙ reus vellet in se probationē recipere, tūc nō admitteretur ꝯcursus, cum reus probādo se dñm præiudicaret in
3 secundo, & sic nō admitteretur cōcursus. Op. † extra gl. in Auth. de fideiu. §. sed neque. vbi admittitur concursus personalis & hypothecariæ: sed sententia lata in personali parat præiudicium in hypothecaria l. si deferente. §. quib. mo. pi. vel hypothe. solui. Dy. in c. nullus plurib. ext. de re. iur. lib. 6. dicit, ꝙ si primo proponitur vnum iudicium, secundo proponitur aliud, tunc loquuntur istæ r'æ: sed quando simul & semel proponuntur, tunc est secus, vt in §. ꝫ neq;. Sed illud est ꝯ gl. hic positam super verbo, restōnum. itē probatur, quia ciuilem & criminalem non possum simul & semel in eodē libello proponere, l. interdum. de pub. iud. & l. j. C. qñ ciuilis act. cri. præiu. Et rō est, dicit Dy. in d. c. nullus plurib. de re. iu. li. 6. quia sñīa lata in vno nō parat prębiudicium in alio, ergo sol. Dy. nō ē bona. Cy. soluit in l. edita. C. de eden. ꝙ illud quod dr̄ in §. neque. verum est, qñ vnum iudicium est principale, & aliud accessorium, tunc admittitur concursus: secus si vtrumq; sit principale, vt hic. Sed ista so. est falsa, ꝯ l. fundi. §. e. quia de ancilla & partu nō admittitur concursus. Petrus dat aliam solutionem, quod in illa l. duo iudicia tendunt ad vnum finem. ideo admittetur cōcursus. Sed illud est ꝯ. l. singulis. j. ti. j. Quid dicemus? non video aliam solutionem veram, nisi istam. Vos scitis, ꝙ iura authenticorum grauant debitorem in hoc, ꝙ antequam veniatur ad pignorum possessores, debet fieri discussio de suis bonis, vt citi⁹ possit veniri ad bonorum possessionem per missionem, quam proponi posset ꝑsonalis & hypotecaria, ne diuersis iudiciis fatigetur. Et sic ille casus specialis est contra istas r'as, per dictam rōem. Op. ista l. vr̄ cōtra l. ordinata. §. de lib. causa. per quam l. videtur ꝙ postquam quęstio præiudicialis proponitur, illa debet examinari, aliæ silere debent: vt peto à te meum seruum, ista quæstio de seruo siue ante, si ue post, ꝓponatur, debet primo examinari. Per istud ꝯrium intel-
4 liges materiam legis. Et debes † scire, ꝙ causæ præiudiciales dicūtur trib. mod. Vno modo dicuntur actiones preiudiciales in rem, quando agitur de statu alicuius, de quib. loquit̄ inst. de act. §. præiudiciales. & l. j. §. per hanc. §. de rei ven. & dr̄ præiudicialis, quia in
d ea vertitur[d] magnum præiudicium, vt status. item præiudicialis dr̄, quia præiudicat, vel apta est præiudicare aliis causis. item faciunt qñq; quem inhabilem ad iudicium, & de istis præiudicialibus nihil dicam, nisi inquantum pro declaratione aliarum, & de illis loquitur d. l. ordinata. vnde nō facit ad istam. Secundo dr̄ pręiudicialis, rōe autoritatis, & præeminentiæ, & istud contingit altero de duob. mo. Vno modo in causis se inuicem nullo modo cōtingentib. l. vlt. C. de ord. iu. quia ibi causa ciuilis nullo mō habet facere cum criminali, sed solum ex præeminētia criminalis. l. per minorem. §. de iudi. fm vnam lec. Secundo, est præiudicialis rōne autoritatis & præeminētiæ, in causis se inuicē ꝯtingentib. pp qualequale ꝓiudicium, vt ē petitio hæreditatis, & vidistis §. l. e. si post litem. & d. l. vl. C. de pe. hæ. de isto non dicam hic. Tertium genus est præiudicialium, qñ sic se contingunt, ꝙ absolutoria lata in primo, parat ꝓiudiciū in secundo. & gl. in d. l. per minorem. ponit ista
5 genera præiudicialium. Hoc ꝓmisso † venio ad qōes aliquas, & reuoco in dubium. Dicitur hic in l. fundum. ꝙ si aliquis primo petit fundum, secundo viam, tūc obstat exceptio, ne faciat præiudiciū. Quæ

a ADD. ¶ Ale. Requiruntur ergo ista duo copulatiue, vt habeat locum ista regula, vt patet in ista lege, iuncta l. seq. & ad istam l. fundū, vide bar. in d. l. naturaliter, §. j. de acq. pos. in 1. & 2. q. principali, & vide bar. in l. edita, C. de eden. & pro intellectu huius l. vide bal. in l. edita, in rep. Perusina, & ī l. qui Romæ, §. duo fratres, de ver. obl. & d. Ant. in c. cum dilectus, in prima conbinatione, de cau. pos. & propr. & ad l. sed si ante, vide bal. in d. l. edita.

b Ale. Vide bar. in l. sæpe, in fi. j. q. de re iu.

c Ale. Not. limitationem quæ habet, ꝙ impeditur cumulatio, qñ absolutoria lata in prima, potest parere exceptionem rei iudicatæ in secunda. Et adde bart. idē subtiliter dicētem in l. naturaliter, §. nihil cōe, in prima combinatione, de acq. pos. per ca. pastoralis, de causa pos. & ibi etiam bar. ad istam regulam dat aliam limitationem notab. & ibi declarat Imo. & d. Ant. in d. c. cum dilectus, de causa pos. bal. autem in repe. l. incerti, C. de interd. aliter dicit per istam l. sed si ante, fm Old. videlicet, ꝙ regula huius l. fundum, cum si. procedit qñ in omnē euentum sententia absolutoria in prima parit exceptionem rei iud. in secūda, aliàs secus, per d. l. sed si ante. Adde ꝙ contra bal. in hoc tenet aperte Dy. in c. nullus plurib. in ver. adde sexto, &c. & in fi. de iurei. ī 6. ar. in l. pecunia, si cer. pe. ꝯ bal. tenet etiam bar. in l. edita, in j. reg. C. de eden. item contra bar. hic videtur text. in l. interdum, j. de pub. iud. inducendo vt ibi scripsi post Imo. Vide aliam limita. secundum Ang. in l. vbi pactum, C. de transa.

d Ale. Quot modis dicātur causæ præiudiciales, vide pulchre bar. ī l. si quis libertate, circa fi. §. de pe. hæ. ad quod dixi post bar. in l. iudicium soluitur, §. de iud. Sed verum ordo vt prius de preiudicialib. cognoscatur, sit de substantia, & an prius cognoscatur de exceptiōib. oppositis ad processum, vide per Ant. Flo. & omnes in c. exhibita. post gl. de iud. & doc. in c. cæterum, de præscr. & quod no. Bar. in l. à procedente, C. de dila. & l. j. C. de or. iud. & in l. si q̄ramus, & ibi ēt p Im. de test. & q̄ dicat̄ exceptio ꝓiudicialis, vide bal. in l. peremptorias, C. sen. rescin. nō pos. Et de istis no. plenius p d. Ant. de ord. cog. in c. tuam, & ibi per Abb.

Quero, quid si reus hoc facit, peto fundum à te, tu agis contra me confessoria, an possis? Pe. dicit ꝙ sic, quia ista exceptio est introducta fauore rei: vnde si actor nō posset proponere, reus poterit. Sed
a non credo a Petrum verum dicere, & ante faciam vnam q. per quam reprehendo eum. Egisti contra me confessoria, ego reus ago contra te rei vendicatione ad fundum, tu dicis seruitutem tibi deberi, super quo agetur? Dicam ꝙ super secundo iudicio, & hoc per l. j. C. qui acc. nō pos. secundum vnam lect. sm quam do tibi aliam rl'am, quia regulæ istius legis procedunt, qñ duo iudicia proponuntur ab vna & eadem parte: sed qñ vnum iudicium proponitur ab vno, aliud ab alio, tunc sume istam rl'am. Si condemnatoria lata in secundo parat prædicium plenum in primo, super secūdo tantum procedetur, & in primo supersedebitur. l. j. C. qui acc. non pos. Vide in simili. l. vlt. C. si ex fal. instrum. & quod vidistis in l. qui agnitis. s. e. Nunc ad propositum, si ego reus propono rei vēdicationem ꝯ te, qui primo agebas confessoria contra me, tunc procederetur in secundo, & supersederetur in primo. Sed si diceres tu, sicut secunda est præiudicialis ad primam, & ita prima ad secundam: ita hic si probatur via tua, facit præiudicium in secunda: quare ergo non procederetur in prima prout in secunda? Dico ꝙ vtraque est præiudicialis vna ad aliam, sed ratione maioritatis ꝓceditur in secunda, quæ est maior: sed si essent paris potentiæ, tūc procederetur super vtraque, vt j. ti. j. l. si inter me. & ibi dixi. A qō nem Pet. an reus possit agere confessoria, qñ primo egi rei vendicatione. Et dicit ipse, ꝙ sic. Sed ipse non bene dicit, & istæ ll. nō faciunt, quia loquuntur quando proponuntur ab eodem: secus si à diuersis. quia tunc super maiori procedetur, vt dixi. Facit l. per mi
6 norem. s. de iud. Sed pone, † ꝙ tertia persona est quæ intentat præiudicialem, quia ago rei vendicatione contra te, & Titius agit cōfessoria contra me, an admittatur? Et vr̄ ꝙ non, per d. l. ordinata s. de lib. cā. Sed contrarium dico per l. is à quo. & l. seq. s. de rei ven. Non obstat d. l. ordinata. quia ibi loquitur in aliis præiudicialib.
7 vt s. dixi. Quæro, † tu agis ad viam, ego dico, agas primo rei vendicatione, & prius procedas in illa quam in confessoria, an ista exceptio admittatur? Et videtur ꝙ sic, per l. j. cum sua gl. s. fami. ercis. quando tu non possides, nec confiteor te dn̄m. & pro hoc habuistis gl. s. e. l. generaliter. † Quæro, dicitur hic, ꝙ non possum pro-
8 ponere confessoriam post propositam rei vendicationem, possum ne dare libellum, vt non procedatur, sed vt supersedeatur? Doct. dicunt, ꝙ sic, & bene, per l. neganda. C. qui acc. non possunt.
9 & per l. is qui. j. de publ. iud. † Quæro, quid si simul & semel propono vtranque actionem, super qua procedetur? Et dicūt gl. ꝙ super rei vendicatione, quæ est maior. Et dicūt veritatem, quicquid dicat Dy. in d. c. nullus plurib. in examinatiōne d. §. sed neque. vt s.
10 tibi dixi. † Quæro vtrum ista iudicia sint nulla ipso iure, etiam si non opponatur? vt puta, si quis intentauerit ciuilem, & criminalem, & processum fuerit? Dico, ꝙ verum est si nō excipiatur, valere iudicium. Et pro hoc l. generaliter. s. e. & l. si mancipium. §. 1. s. de euic. & l. 2. com. diuid. & ibi no. quod tene menti, & hoc puto verum. Sed facit mihi dubium. l. si maritus. 2. §. fi. in fi. j. de adult. vbi dicitur, nihil agit, & ibi dicitur quòd sine exceptione libellus nō procedat. Quæro, quomodo sint dispares causæ restitutionis? Et gl. dicit, quam vide, & tene primam responsionem: & secunda non procedit, quia si ago confessoria restituitur mihi vt mea, nō vt aliena, secundum. l. j. in fi. s. de seru. rustic. prædio.

a ADD. ¶ Ale. Adde qđ no. voluit bar. in l. de pupillo, §. si is cui. in fi. de op. no. nun.

LEX XVIII.

1 *Proponens rei vendicationem, & condictionem l. ex diuerso. de rei vendicatione. ad fructus non admittitur.*


a §. Fundi quem. a Dicitur hic, ꝙ si ago rei vēdicatione, postea propono communi diui. non possum. Contra, quia communi diuidundo potest competere, si non sit dominus, vt pone vnus habet publicianam, & potest agere communi diuidūdo. l. minor. §. j. s. de euic. Gl. dicit fateor, ꝙ rei vendicatio non parit præiudicium in publiciana, sed hic agebat
b communi diui. dicendo se dominum: Op. b de cōsuetudine † ver-
1 ba libelli formantur, ꝙ peto rem cum fructib. &c. Et dicit gl. ꝙ ꝓ fructib. competit officium iudicis mercenarium. item competit cōdictio. l. ex diuerso. s. de rei ven. & ibi no. modo si proponerem rei vendicationem, & condictionem ad fructus, non admittor: secus si rei vendicatione ago, & accessorie per officium iudicis mercenarium peto fructus, quia possum.

a ADD. ¶ Ale. Hanc l. fundi, in pr. dixit bal. no. in l. edita, C. de eden. non esse alibi, ad hoc videlicet ꝙ quis non potest diuidere iudicium accessorium a principali, vel illud accumulare æquè principaliter, & adde tex. cum gl. in l. si cum i iudicio, j. de exce. rei iud. & Im. in l. Paulus, j. s. de re iud. & limitatur sing. per Cy. in l. j. C. de iudi.

b Ale. Vide no. per bar. & bal. l. 2. C. de pe. hę. Et sic principale & accessorium non possunt peti æquè principaliter, accumulādo libellos. Et ad hoc ista lex est sing. & vnica secundum bal. in l. edita.

¶ De exceptione rei iudicatæ.

LEX I.



Cum res inter alios. Op de l. Papinianus. §. si ex cā. s. de inof. testa. Gl. dicit, ꝙ hic agit, vt declaret illud, qđ ē ibi, qñ rescinditur testm̄, & iudex agit, vt rescindat. Aliā so. rāgit gl. & istā puto verā, ꝙ ibi fuit actū cū persona, cuius principaliter interest. idē dicerem si testm̄ diceret nullum: sed hic nō fuit iudicatū ꝯ hæredem vl'em, sed cum legatario fuit actum. Pet. tenet istam so. hic, & Cy. recitando Pet. C. qui. res iud. nō no. l. j. in sua magna distinctione. Sed qūo ꝑt esse illud, ꝙ si ego hæres scriptus possidens hæreditatem cōuenior, qūo possum excipere de iure tertij, ꝯ l. loci corpus. §. competit. s. si ser. ven. possumus dicere, ꝙ vnus & idem erat ille conuentus, & qui excipiebat. Vel dic vt tangam j. l. prox.

LEX II.

1 *Opponi quando de iure tertij potest.*

Qui cum hærede. Subtilis ē. op. de l. cū hæreditas. s. ad Treb. soluit, aliud in legato vt hic. & aliud in creditore, vt in ꝯrio. Tu dic, ꝙ ibi erāt actiones tpe perituræ. ita tēt ibi gl. & Pet. hic. Op. de l. fi. C. de pet. hæ. so. qđ hic in aliquo immutatur hodie per illam l. vt dixi in l. si post litē. s. ti. j. Op. de l. hæc āt. §. j. s. si cui plus q̄ per l. fal. so. gl. fateor ꝙ peti poterat, quia actio cōpetebat, sꝫ exceptio poterat opponi, vt hic. Op. ꝙ competat sine restōe, quia ista exceptio vr̄ dilatoria nō peremptoria. l. si post litem s. tit. j. q̄dam tñ gl. in l. qui cum hærede. j. de act. & ob. tēt qđ ipso iure restituatur actio. Gl. hic tenet ꝯrium, ꝙ ope restitutionis, quia durū est ꝯ stimulum calcitrare, vt hic, ibi, dum dicit, Iul. li. 4. &c. quia quartus liber ē de materia rest. in inte. & debemus intelligere sm materiam ibi positam. l. Imperator. s. de in diem addic. Dic, ꝙ iudex absoluet eum simpliciter, ideo de æquitate restituitur actio sibi, secus si non absoluisset simpliciter,
a quia tunc non esset opus restitutione. Op. quod de iure a tertij nō potest opponi. l. loci corpus. §. competit. s. si ser. ven. & l. si qs emptiōis. §. sin vero nullū. C. de præsc. 30. an. & vt ista materia plene
b intelligatur b dic, ꝙ qñq; opponitur de iure tertij ab eo, qui successit illi tertio, & vide qđ no. in c. is qui in ius. ext. de re. iu. li. 6. & qđ vidistis in l. si tertius. s. de aqua plu. arc. Qñq; opponit quis de iure tertij, vt fideiussor, & de hoc vidistis in l. exceptiones. s. ti. j. & l. 2. j. de duob. reis. Qñq; quis opponit de iure tertij prorsus extra-
c nei, c & tunc dic, Qñq; ius tertij est exclusiuum iuris agentis ipso iure. Qñq; nō elidit intentionē agētis ipso iure. Qñq; nō excludit
1 nec elidit, sꝫ partē đ vtilitate iuris agētis diminuit. Primo † casu, d
d qñq; ipso iure est exclusiuum iuris alterius, tunc aut est exclusiuum siue velit tertius, siue nō, & tunc ꝑt opponi de iure tertij. l. fi.
e C. de rei ven. & l. cùm seruum. cum sua gl. C. de ser. fu. Qñq; e ius
f tertij est exclusiuū iuris agētis ipso ipso iure, ita tñ si tertius vult, f tunc de iure tertij non possum opponere. l. 2. si ager vect. vel emphi. pe. cum gl. coniuncta. l. 2. C. de iure emphi. Qñq; ius tertij est exclusiuum iuris alterius ipso iure, etiam si tertius non ꝯdicat, licèt non requiratur voluntas eius expressa, tunc potest opponi de iure tertij, l. j. huius tituli, cōiuncta l. alio prærerito. s. de iniu. rup. & irri. test. & de hoc est casus in l. 2. §. 1. j. de do. exc. coniuncta gl.
g quæ est in l. & eleganter. in pr. s. de dol. Quandoq; ius tertij g non elidit intentionem agentis ipso iure, & tūc aut illud ad hoc tēdit, vt etiam aliis prosit, & potest alius vti iure tertij. l. si post mortē. §. fi. de bo. pos. cōtratab. quod intellige, vt ibi dixi. Facit l. ex duob. §. fi. & l. & si contra. de vul. & pup. Aut ad hoc nō tendit, & tunc aut si nō opponeret exceptionem de iure tertij, conuentus incideret in pe

a ADD. ¶ Ale. An possit op. de iure tertij, in materia adde quæ no. dicit bar. in l. si alienam, s. so. matr. & adde bal. in l. doce ancillam, C. de rei ven. & in l. cum seruum, hic alle. qđ dixi in l. fi. in fi. s. vti pos. & bal. i aut. qui rē. de sacros. ec. & in l. pe. ad fi. de non nu. pec. per Can. in c. mandatum, de resc. p bal. l. peremptorias, C. sen. rescin, non pos. in l. 2. in prin. quib. res iud. non nocet, & per Can. in c. cum dilectus, de iure pa. plene per Ia. de bel. in d. l. loci corpus, Ang. declarat in l. mi litis codicillis, §. veteranus, s. de test. mili. ¶ An possit opponi de iure tertij, vide Pe. de anc. cons. 298. Pau. de ca. cons. 142. Ale. cons. 136.

Clau. ¶ Adde Ro. cons. 347. bal. in l. j. de ap.

b Paris. Vide Ia. l. 2. ver. veritas huius puncti, C. de iur. emphy. Ro. cons. 76. dicentem, quòd quis non potest opponere de iure fisci.

c Ale. Vide bal. in l. cum seruum, de ser. fug.

d Paris. Vide Pau. de ca. cons. 142. inc. ad id de quo q̄ritur, limita non hr̄e locum in iudiciis summariis, in quibus nō potest quis opponere đ iure fisci exclusiuo iuris agentis, sec. Pau. de ca. in l. si quem ibi seqtur Ale. in fi. C. de edi. diu. Adr. tol.

e Barb. Et vide Cy. & bal. in l. cū seruū, C. de ser. fug. & per. bal. aliqd in l. si qs cōductiōis, C. loc. bar. l. indebiti, §. sed & si nūmi, s. đ ꝯd. ind. & l. si aliena. s. so. ma.

f Ale. Pro hoc vide gl. not. in c. j. ne sede vacan & Abb. Sic. in c. diuersis fallaciis, de cle. coniug. & Bal. in l. solennibus, C. de rei ven.

g Ale. Addit huic dicto Im. in l. si alienam, so. mat. gl sing. in l. his consequenter. §. si filiusfamilias, fami. erc. vbi quoties agitur actione reali, potest excipi de iure tertij, ita demum si sit exclusiuum iuris agentis, & idem ibi bal. post Oldr. & bal. in l. j. in prin. si quis aliq. test. prohib.

in periculum, ꝙ teneatur bis soluere, & tunc pt opponere, vt hic & l. quandiu. ṡ. de bo. lib. & l. 3. §. cum extaret ṡ. de carb. edic. Si vero non incidit in periculum, & tunc non pt opponi de iure tertij. l. si quis emptiõis. §. fin vero nullũ. C. de præsc. 30. an. & l. qui ex liberis. §. testõ. ṡ. de bo. pos. ſm tab. & l. milites. §. veteranus. ṡ. de test. mili. Tertio casu, qñ partem de vtilitate iuris agẽtis diminuit, tũc aut illud ius tertij est qdam accessio rei, vel personæ, vt seruitutes reales, vel personales, vt in vsufructu, & nõ pt opponi de iure tertij l. loci corpus. §. cõpetit. si ser. ven. & qđ no. de rei ven. l. fructus. in fi. de cond. inde. l. indebiti. §. sed & si nummi. in fi. Aut est ius p

a se, vt vtilis dñij, a quod habet emphyteuta: vel quæsitum præscriptione, tunc de iure tertij pt opponi, sicut quando est exclusiuum torius, vt not. per gl. in d. §. sed & si nummi. in fi. & probatur in l. si quis emptionis §. j. de præsc. 30. an. Et ista est veritas, quicquid dicat Cy. in d. l. cum seruum. de ser. fu. vbi imperfecte not.

a ADD. ¶Ale. No. pro domino fundi emphyteutici, si illum vendicat ab alio possessore, non ab emphyteuta, ꝙ talis possessor tali dño agenti pt excipere de vtili dñio emphyteutæ, & sic de dñio tertij. Et idem ipsemet tenet in d. §. sed & si nummi, in fi. Et vide quod retuli sec. bal. post bar. in l. 2. de iure emphy.

LEX IIII.

Rei iudicatæ excep.

Quærit gl. quæ sunt istæ personæ que rem in iudicium deducunt? Dic vt in gl. Quæro, quid si cõiuncta persona agit? Dic vt in gl. Quæro, quid in defensore? Dic vt in gl.

LEX VII.

1 *Iurans se non debere decem, si debeat quinque, an sit periurus.*

Si quis cum totum.

Gl. facit vnum ꝯrium, & non soluit, & est in gl. j. in fi. Dic, solue vt ibi. item vide gl. q̃ est in ver. excisas. in fi. Dic, ꝙ ibi res obligata desiit esse, iõ extinguit hypotheca: hic vero res alia ꝑtenta sub prima ex eadem cã petitur, & iõ obstat exceptio rei iudicatæ. Op.

1 j. px. §. solue vt gl. quia hic ex cadẽ cã. ibi ex alia. † Lex nr̃a inducitur ad qõnẽ. Peto à te decem, tu dicis, nõ debeo, & iuras, & debes quinque an sis periurus? Pe. dicit ꝙ sic, per legem istam: quia in iudicio appellatione totius continetur pars. Et de hoc dixi in l. j. §. si stipulanti. j. de ver. ob. secundum Pet. ibi, & distinxi.

